



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



3 2044 106 420 334

(6749
10/7

1183.

N307m cop. 2

HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

THE GIFT OF THE LATE

WILLIAM S. SULLIVANT.

1874.



W. J. Sullivan
West Albany

Al Groth &

Rare Book
N367m
c.2

N. J. DE NECKER

NOTANIC. SERENISS. ELECT. PALAT. ACADEM.
SCIENT. ET ELEGANT. LITTER. THEODORO-
PALAT. SOCII. ORD. HISTORIOGRAPH.
DUCAT. JULIAC. ET MONT.

Gray

METHODUS
MUSCORUM

PER
CLASSES, ORDINES,
GENERA AC SPECIES

CUM
SYNONYMIS, NOMINIBUS TRIVIALIBUS, LOCIS
NATALIBUS, OBSERVATIONIBUS DIGE-
STORUM, AENEISQUE FIGURIS
ILLUSTRATORUM,




MANNHEMI,

EX
TYPOGRAPH. ACADEM. ELECT. SCIENT.

MDCCLXXI.

N367m

cop. 2



A Systematibus conditis, in re herbaria industriae origo. Non immerito credidere botanici, in obscuritate ac dubitatione haesuros, qui plantas absque methodo noscere vellent universas. Tot in orbe species disseminatae, ut sine ordine methodico caecos. Ordo hic memoriam subleuat, labores sustentat contrahitque. Primus omnium hos ante ducentos circiter annos CAESALPINUS systematicus fuit. Imitati sunt exemplum ejus BOERHAAVIUS, RAYUS, LUDWIGIUS, TURNEFORTIUS, nec non aetate nostra peritissimi atque celeberrimi viri LINNAEUS, ADANSONUS, HALLERUS & C. LINNAEI genericis plantarum cha-

racleribus, facilior ditucidiorque facta est botanica, cujus methodus inter artificiales optima, omnibus numeris licet non sit absoluta, id quod sane difficillimum. ADANSONUS suis plantarum familiis vera naturalis methodi fundamenta stabilivit. Methodici quidam fuere particulares, ut VAILLANTUS in compositis, SCHEUCHZERUS in graminibus, ARTHEDIUS in umbelliferis, GLEDITSCHIUS in fungis, MICHELIUS & DILLENIUS in muscis & algis.

Accuratissimus suo tempore MICHELIUS fuit, observationibus microscopice muscorum partes ab aliis ignotas revelans: quamvis illis pro mera fructificatione habitis, hallucinatus fuerit, exque artificialibus generibus methodum suam composuerit. Multa tamen ipsi debemus, quia ignotam nobis

bis viam aperuit. DILLENIUS longe praestitit, cujus quippe generalis muscorum historia propter nitidissimas & verissimas icones additasque exactissimas descriptiones, pro absolutissimo opere habenda. Pleraque genera tamen artificialia, & methodus nimium implicata.

Recentiores muscos in classes duas distribuunt. Prima muscos proprie: altera algas comprehendit. Per muscos perennes plantas propriis foliis instructas, vegetantes, in calore siccantes, in humida vigorem priorem recipientes: Per algas perennes plantas lanuginosas, filamentosas, foliaceas, membranaceas, foliisque propriis instructas, vegetantes, in calore squallentes & aqua reparabiles intelligunt (a). Distinctio haec abs-

a 3

que

(a) Plures omittimus species tremellas, auriculam nempe, granulata, mesentes

que fundamento est, quod praecipuae generalesque notae characteristicae plantis utriusque classis competunt: singularis porro algarum statura proprium haud educit characterem, nam *Jungermania* omnis fere foliis propriis instructa, quare muscis recte annumerat CEL. HALLERUS (b). Cum generis species vel simpliciter foliaceae, aut foliis instructae sint, natura inter algas & muscos veram distinctionem seu limites statuisset non videtur: nisi *Jungermaniam* vulgò *pufillam*, *epiphyllam*, *furcatam*, *pinguem*, *multifidam* ad algas, reliquas ad muscos referre velis: hac autem ratione, simillima disjungerentur, cumque dissimilibus

ricam, *byssum cellarem* similesque, quae alibi recensentur. Fermentatione putrida corporum, quibus adnascuntur, ipsas educi suspicamur.

(b) *Stirp. Helv. Enumer.* 3. p. 57.

*bus confunderentur generibus. In metho-
 dolo stabilienda, generum affinitas
 partesque, quibus formantur, confide-
 randa. Quo magis partes hae multi-
 plicantur & inter se discrepant, eo di-
 stinctiora ac certiora evadunt genera.
 In muscis simpliciora paucioraque sunt
 attributa, unde in generibus eorum de-
 finiendis insuperabilis difficultas.
 Ulva e.g. artificiale genus, cujus spe-
 cies quaedam Confervae affines: am-
 pliori cavitate, frondeque haud ramosa
 ab illa differunt ex CL. WEISIO (c).*

*Magnitudo & ramorum defectus ad
 genus instituendum, haud essentialis
 nota. Fontinalis & Sphagnum arti-
 ficialia duo genera, quae Hypno com-
 mode associari queunt per staturam
 suam omniumque identitatem partium.*

Prius

(c) Pl. Cryptogam, Flor. Gotting. p. 27.

Prius capitulis in quibusdam imbricatis seu capitulo foliolis cincto: posterius capitulis acalyptratis a congeneribus tantum discrepat. Phascum cum Bryo omnino congruit. Illud CEL. LINNAEUS dignoscit, separatque forte absentia calyptrarum, quas nos anno 1760 deteximus & delineavimus annis 1765, 1768 (d).

Hypnum & Bryum inter se satis affinia, sed tanta in iis specierum multitudo, ut sub uno eodemque genere comprehendi nequeant: proin utrumque genus distinctum manere necessarium. Generum certitudo atque distinctio a multiplicitate & diversitate partium cum pendeat, germinationem proponimus, quae sua invariabili structura

(d) Vide Collectionem muscor. & Fl. Gallobelg. Tom. II. obs. 428. & 440. T. I. f. 1. 2.

tura peculiarique forma, non modo admissorum generum characteribus stabilitatem, verum etiam in his generibus ac speciebus determinandis, perspicuitatem majorem affert. Haec est pro fructificatione, absque copula sobolem propagans, quod musci genitalibus requisitis destituuntur.

I) *Germinationis partes vel simplicissimae vel complicatae: his plumulascent & gemmascent, caeteris frondescent musci (e). In generibus describendis quinque applicantur notae:*

b

2)

(e) *FronDESCENTIA* in muscis tempus est, quo simplicissimae frondosae particulae, ex adulta planta egrediuntur.

PlumulascENTIA est tempus, quo annotina & abscondita planta, plumulosa extra terram prodit primordia.

GEMMASCENTIA tempus comprehendit, quo musci nudas protrudunt gemmulas.

2) *Natura, simplicitas figura, situs, & proportio.*

3) **CAPITULO, SPHAEROPHYLLO, (†) VAGINA, STELLULA, PERICHAETIO, PELTA, SCUTELLA, SCYPHO & GERMINATIONE (f) genera distinguimus. Cum ergo ab ipsis attributis arripiuntur genera, partes has breviter definiuimus (g). Methodo nostra botanices magis utilitatem promouere, quam**

(†) Organa s. masc. & fem. fictos flores sphærophylla & pulverifera capitula vocamus, quod neque veræ muscorum sexuales partes sunt, neque ab iis dependet horum multiplicatio. Ficta hæc organa pro fructificatione tamen habent quidam systematici.

(f) Germinatio est tempus, quo muscorum primordia prodeunt. Germinatio semper præsens, plantæ constanter adhæret, donec putrescat mater.

(g) Vide explicationem in generibus nostris 270.

quam systema novum procydere cupimus. Quum muscorum notitia perdifficilis fit, tentandum omni modo, ut apertior fiat, tyronibus imprimis, in quorum gratiam opusculum publicamus. Muscos omnes ad classem unicam reducimus, cui ordines subjiciuntur tres.

4) PRIMUS muscos includit germinationis particulis frondosis.

5) SECUNDUS eos admittit, quorum germinatio plumulosa.

6) TERTIUS reliquos comprehendit germinatione gemmosa (h).

b 2

Ordi-

(h) Partes germinationis, quibus nititur methodus nostra, in *Act. Acad. Palat. Tom. II.* delineatae sunt. V. Tab. I. II. f. 2, 3, 4, 5, 8, 9, 10.

Ordinem addere potuissemus quartum, includentem muscos, quorum germinationis partes in quibusdam gemmosae, in aliis plumulosae. Species autem, propter quas ordo hic institutus fuisset, adeo perpaucae sunt, ut supervacaneus futurus nobis visus sit: plumulosa porro germinationis forma in characteribus specialibus Hypnorum 43, 44, Bryorum 13, 26, 28, 43, indicata est.

7) Ordines a germinationis partibus (1)

8) Genera a germinatione (1) variisque attributis fictis (3)

9) Species ab iisdem partibus (8) iisque propriissimis arripiuntur.

Characteres ordinum (7) simplicitate & figura germinatarum partium inter se discrepant: simplicitate, cum attributa germinationis simplicissima (4):

(4) : figura, cum gemmosam plumu-
tosamve habeant structuram (5.6.).

Characteres generum (8) natura,
simplicitate, figura, situ & proportione
germinationis nec non fictorum organo-
rum (3) distinguuntur.

Characteres specierum ab omnibus
attributis (8) notisque collatis (2) de-
sumuntur.

Specialis distinctio quam generica
longe difficilior, quod musci statura
sua identica multo minorem inter se
disparitatem admittunt. Notae spe-
cierum characteristicae nonnunquam
adeo obscurae ac incertae, ut pluribus
ejusdem generis saepe competant :

proin phalanges (k) plures litteris

b 3

at-

(k) Qui phalangium s. subdivisionum prae-
cipuarum explicationem scire cupit,
cryptogamicas flores Gotting. plantas
Cl. Weisii consulat.

*alphabeticis asterisque notatas descri-
bimus, quibus methodum nostram
mulcorumque cognitionem tyronibus
jucundiores facilioremque evasuram
speramus.*

*Dabam Mannheimii ex Musaeo
d. 2. Januar. 1771.*



In hoc opere citati.

- Act. Pal.* Acta academiæ Theodoro-palatinæ 4.
- Act. Phys.* Acta physico-medica naturæ curiosorum. 4
- Act. Gall.* Histoire de l'academie des sciences. 4
- Barr. Icon.* Barrelieri jcones 1 Vol. in fol.
- Buxb. Cent.* Buxbaumii Centuriæ 1 Vol. fol. 4
- Bauh. P.* Bauhini Pinax. 1 Vol. 4
- Bauh. H.* Bauhini Historia 3 Vol. fol.
- Brown. I.* Brown Jamaic. 2 Vol. fol.
- Crantz. Inst.* Crantzii institutiones 3 Vol. 8
- Dill. Musc.* Dilleni Historia muscorum. 1 Vol. 4
- Ejusd.* Dill. Catalogus plantar. Giffens. 8
- Gledit. Fung.* Gleditschii Methodus fungorum. 1 Vol. 8
- Gort. Belg.* Gorter Flora Belgica 1 Vol. 8
- Gun. Norw.* Gunner Flora Norwegica 1 Vol. fol.
- Gmel. Fuc.* Gmelin Historia fucorum 1 Vol. 4
- Hall. Stirp.* Haller Stirpes Helvetiæ 3 Vol. ed. 2. fol.
- Huds. Fl.* Hudson. Flora anglica 1 Vol. 8

XVI**AUTHORES.**

- Kram. El.* Kramer Elenchus vegetabilium & animalium 1 Vol. 8
- Lin. Syst.* Linnæi Systema Naturæ ed. 12. 3 Vol. 8
- EjUSD.* Species Plantarum ed. 2, 3 Vol. 8
- EjUSD.* Amoenitates academix 7 Vol. 8
- Leyf. Hall.* Leyfer Flora Halensis 1 Vol. 8
- Loefel. It.* Loefelii Flora Pruffica 1 Vol. 4
- Mull. Frid.* Muller Flora Fridrichsdalina 1 Vol. 8
- Mich. Gen.* Micheli Nova Genera 1 Vol. fol.
- Mor. Hist.* Morison Historia generalis plantarum 3 Vol. fol.
- Neck. Belgic.* Necker Deliciæ Gallobelgicæ Sylvestres 2 Vol. 8
- Oeder. Dan.* Oeder Flora Danica fol.
- Pluk. Almag.* Plukenet Almagestrum botanicum Vol. 2.4
- EjUSD.* Mantissa 1 Vol. 4
- EjUSD.* Phytographia 1 Vol. 4
- Pall. Elench.* Pallas Elenchus Zoophytorum 1 Vol. 8
- Scop. Carn.* Scopoli Flora carniolica 1 Vol. 8
- Tour. jnst.* Tournefort Institutiones 3 Vol. 4

Wilck

- Wilck. Gr.* Wilck Flora Gryphica 1 Vol. 8
Weis. Crypt. Weis Plantæ cryptogamicæ Floræ
Gottingensis 1 Vol. 8
Wulff. Bor. Wulff. Flora Pruffica 1 Vol. 8
Weig. Rug. Weigel Flora Pomerano-rugica
1 Vol. 8
Vaill. Par. Vaillant Botanicon Parifiense
1 Vol. fol.
-

NB. ad pag. 256. generi anthocerotis adde, *Germi-
natio* Rudimentum ex adulta planta tenellum,
nudum, semper præfens in eodem individuo.



CLASSIS
MUSCI
ORDO PRIMUS.

BYSSUS

1. **BYSSUS aurea** erecta glomeratim congesta
simplex ramosaque primordialibus sparsis.

Byssus capillacea pulverulenta fructificatio-
nibus sparsis filamentis simplicibus & ra-
mosis. *Fl. Gallobelg.* 532. *Gleditsch. fung.*
18. *Syst. Nat.* 721. *Crantz. jnst.* 80. *Weisf.*
Cryptogam. 13. *Huds. Angl.* 487. *Wulff.*
Bor. 13. *Leyf. Hall.* 212. *Mull. Frid.*

Byssus pulvinata crocea. *Hall. Stirp.* 3.p.105.

Byssus crocea petræa glomerulis lanugi-
nosa. *Scop. Carn.* 70. *Dill. Musc.* 8.T. 1.f. 16.

Byssus minima saxatilis inodora filamentis
partim simplicibus, partim ramosis. *Misch.*
Gen. 210. T. 89. f. 2.

Incolit Europæ saxa similiaque loca,

2. **BYSSUS phosphorea** lanuginosa violacea.
Fl. Gallobelg. 531. *Syst. Nat.* 721. *Sp. Pl.*
1638. *Crantz. jnst.* 80. *Gort. Belg.* 344.
Wilck. Gryph. 210. *Huds. Angl.* 487. *Mull.*
Frid. 219. *Dill. Musc.* 4. T. 1. f. 6.

A

Byf-

MUSCI Frondescentes.

Byssus capillacea miniata fructificationibus
sparsis filamentis integris tenuissimis &
brevissimis. *Gleditsch. Fung. 23. Wulff.*
Bor. 3.

Byssus puspurea delicatissima arborum cor-
ticibus brevissimis tenuissimisque filamen-
tis. *Mich. Gen. 211. T. 90. f. 3.*

3. **BYSSUS** *velutina* repens simplicissima ra-
mosaque: primordialibus convolutis.

Byssus filamentosa viridis. *Aët. Palat. Tom.*
II. 450. Tab. 11. f. 10. Fl. Gallobelg. 529.
Syst. Nat. 721. Sp. Pl. 1638. Crantz.
inst. 80. Weis. Cryptogam. 12. Scop. Carn.
71. Hudf. Angl. 487. Gort. Belg. 345. Fl.
Gryph. 208. Mull. Frid. 209. Lys. Hall.
212. Grimm. Isenac. 138.

Byssus viridis filamentis ramosis. *Hall.*
Stirp. 3. p. 105.

Byssus capillacea viridis fructificationibus
sparsis filamentis brevibus tenuissimis
partim simplicibus partim ramosis. *Gle-*
ditsch. Fung. 19. Wulff. Boruff. 3.

Byssus tenerrima viridis velutum Referens.
Dill. Musc. 7. Tab. 1. f. 14.

Byssus terrestris viridis herbacea & mollis-
sima filamentis ramosis & non ramosis,
Mich. Gen. 211. T. 89. f. 5. In-

Incolit sepes umbrosas aliaque loca Europæ.

Obs. Fructificatio in synonymis Gleditschianis memorata chimærea, quum byssos similesque *asexuales* esse nobis constat.

CONFERVA.

A* *Filamentosæ continuæ.*

1. CONFERVA *rivularis* filamentis simplicissimis longissimisque æqualibus. *Att. Pal. Tom. 11. 450. Fl. Gallobelg. 528. Syst. Nat. 720. Sp. Pl. 1633. Crantz. inst. 88. Hall. Stirp. 3. p. 107. Weis. Crypt. 20. Gort. Belg. 342. Scop. Carn. 72. Huds. Angl. 478. Kram. Etench. 301. Wulff. Bor. 35. Mull. Frid. Leys. Hall. 214. Grimm. Isenac. 129.*

Conferva fluviatilis sericea vulgaris & fluitans. Dill. Musc. 12. T. 2. f. 1.

Incolit rivulos paccatos & stagnantes aquas. Europæ.

2. CONFERVA *bullosa* filamentis æqualibus ramosis bullas æreas includentibus. *Att. Pal. Tom. 11. 450. Fl. Gallobelg. 528. Syst. Nat. Sp. Pl. 1634. Crantz. inst. 89. Weis. Crypt. 22. Huds. Angl. 479. Gort. Belg. 342. Scop. Carn. 72. Wulff. Bor. 35.*

A 2

Wilch.

MUSCI Frondescentes.

Wilck. Gryph. 209. Mull. Frid. 218.

Leyf. Hall. 214.

Conferva filis tenerrimis vellere bombicino.

Hall. Stirp. 3. p. 108.

Conferva palustris bombycina. Dill. Musc.

18. T. 3. f. 11. Loef. Pruss, jcon. 55.

Incolit paludosa Europæ aquis innataus.

3. CONFERVA *fontinalis* filamentis æquali-

bus simplicissimis digito brevioribus. *Syst.*

Nat. 720. Sp. Pl. 1633. Crantz. jnst. 88.

Weis. Crypt. 21. Huds. Angl. 478. Leyf.

Hall. 214. Mull. Frid. 219.

Conferva cæspitosa filis rectis undique divergentibus. Hall. Stirp. 3. p. 107.

Conferva minima byssi facie Dill. Musc. 14.

Tab. 2. f. 3.

Incolit fontium scaturigines Europæ.

4. CONFERVA *amphibia* filamentis æqua-

libus exsiccatione in aculeos coeunti-

bus *Fl. Gallobelg. 529. Syst. Nat. 720.*

Sp. Pl. 1634. Crantz jnst. 89. Weis.

Crypt. 24. Huds. Angl. 479.

Conferva amphibia fibrillosa & spongia. Dill.

Musc. 24. T. 4. f. 17.

Ha-

Habitat ad paludum ripas & alibi, in Europa.

5. **CONFERVA** *canalicularis* densissime congesta filamentis basin versus ramosioribus.

Conferva filamentis æqualibus basin versus ramosioribus. Syst. Nat. 720. Sp. Pl. 1634.

Crantz. jnst. 89. Weis. Crypt. 23.

Gort. Belg. 342. Kram. Elench. 301.

Conferva filamentis fuscis tenuibus ramosis intricatis. Hall. Stirp. 3. p. 107.

Conferva rivulorum capillacea densissime congestis ramulis. Dill. Musc. 21. T. 4. f. 15.

Incolit Europæ afferes molendinariosque aquaeductus.

Obs. Filamenta, ex quibus formatur planta, tres ad quatuor pollices transversos raro superantia, complicata, basin versus in recenti dilute virescentia, in sicca ad fuscum vergentia colorem.

6. **CONFERVA** *reticulata* filamentis reticulatim coadunatis. *Fl. Gallobelg. 529. Syst. Nat. 720. Sp. Pl. 1635. Crantz. jnst. 90. Weis. Cryptog. 24. Huds. Angl. 481. Leys. Hall. 214. Wulff. Bor. 35. Mull. Frid. 218.*

Conferva reticulata. Hall. Stirp. 3. p. 108.

A 3

Dill.

MUSCI Frondescentes.

Dill. Musc. 20. T. 4. f. 14. *Loef. Pruss. icon.*
54. *Pluk. Phitog.* T. 24.

Incolit Europæ stagnantes aquas, quandoque superficiem petit.

Obs. Filamenta inter se connectuntur, ita ut reticulum verum simulent. Macularum diameter pro plantæ ætate a dimidia ad tres lineas & ultra longitudine & latitudine. Cujusque maculæ figura, exacte tetragona, pentagona nonnunquam hexagona ut recte observavit *Rayus*. Plantæ color nitido-virescens. Hoc reticulum varia retinet insecta conchilifera, hinc filamenta haud tenerima.

7. CONFERVA *furcata* filamentis subæqualibus apice furcatis.

Conferva filamentis æqualibus extremitatibus ramosis, ramis subsimplicibus. *Huds. Angl.* 478.

Conferva capillacea filamentis bifidis & trifidis. *Dill. Musc.* 16. T. 2. f. 6. T. 3. f. 10.

Incolit Angliæ & Italiæ rivulos.

8. CONFERVA *foeniculacea* filamentis sparsis ramosis, longissimis.

Conferva filamentis æqualibus ramosissimis,
ramis

MUSCI Frondescentes.

ramis ramulisque longissimis sparsis. *Huds.*
Angl. 479.

Conferva marina foeniculacea *Dill. Musc.*
16. T. II. f. 8.

Incolit Europæ rupes marinos.

9. *CONFERVA aeruginosa* filamentis molli-
bus ramosis digito brevioribus, viridiffi-
mis. *Syst. Nat.* 720. *Sp. Pl.* 1634. *Crantz.*
jnst. 89. *Huds. Angl.* 480.

Conferva marina capillacea, brevis viri-
diffima mollis. *Dill. Musc.* 23. T. 4. f. 20.

Incolit Angliæ Fucos.

10. *CONFERVA dichotoma* filamentis dichotomis æqualibus. *Syst. Nat.* *Sp. Pl.* 1635.
Crantz. jnst. 89. *Huds. Angl.* 480.

Conferva dichotoma fetis porcinis similis.
Dill. Musc. 17. Tab. 3. f. 9.

Incolit Angliæ Fossas.

11. *CONFERVA scoparia* filamentis fascicu-
lato-plumosis.

Conferva filamentis proliferis fastigiatis hirtis. *Syst. Nat.* 720. *Sp. Pl.* 1635. *Crantz.*
jnst. 89. *Huds. Angl.* 481.

8 MUSCI Frondescentes.

Conferva marina pennata. *Dill. Musc.* 24.
T. 4. f. 23.

Incolit Europæ littora maris.

12. CONFERVA *cancellata* filis ramosis, filamentis brevissimis multipartitis. *Syst. Nat.* 720. *Sp. Pl.* 1635. *Crantz. jnst.* 89. *Huds. Angl.* 481.

Conferva marina cancellata. *Dill. Musc.* 24.
Tab. 4. f. 22.

Incolit Europæ littora maris.

B* *Filamentosæ isthmis distinctæ.*

13. CONFERVA *capillaris* filamentis simplicibus invicem contortis.

Conferva filis geniculatis, articulis alternatim compressis. *Syst. Nat.* 720. *Sp. Pl.* 1636. *Crantz. jnst.* *Huds. Angl.* 482. *Gert. Belg.* 343. *Mull. Frid.* 218.

Conferva filamentis longis geniculatis simplicibus. *Dill. Musc.* 25. T. 5. f. 25.

Incolit Europæ Paludosa.

14. CONFERVA *polymorpha* filamentosa geniculis distincta, ramis fasciculatis apice dichotomis.

Conferva filamentis geniculatis subdichotomis,

MUSCI Frondescentes.

mis, ramis fasciculatis. *Syst. Nat.* 721.
Sp. Pl. 1636. *Crantz. juss.* 90. *Huds. Angl.*
483. *Gort. Belg.* 444. *Oeder. Danic. fasc.*
7. T. 345.

Conferva marina geniculata, nigra palmata.
Dill. Musc. 32. T. 6. f. 35. a. b. c.

Conferva marina geniculata ramosissima lu-
brica, brevibus & palmatis congestis ra-
mulis. *Ray Syn.* 61.

Incolit Europæ marem.

15. *CONFERVA glomerata filamentis geni-*
culatis, ramosis : ramis fasciculatis.

Conferva filamentis geniculatis, ramulis
brevioribus multifidis. *Syst. Nat.* 727.
Sp. Pl. 1637. *Crantz. juss.* 91. *Huds.*
Angl. 433. *Weis. Cryptog.* 25.

Conferva fontinalis ramosissima, glomera-
tim congesta. *Dill. Musc.* 28. T. 5. f. 31.
Ray Syn. 59.

Alga viridis brevioribus fetis. *Vaill. Pa-*
ris. 4.

Incolit rivulos locaque marina Europæ.

16. *CONFERVA vagabunda filamentis ca-*
pillaceis, expansis subarticulatis.

Conferva filamentis geniculatis, flexuosis,
A 5 ranis

ranis ramulisque brevioribus. *Syst. Nat.*
721. *Sp. Pl.* 1637. *Crantz. jnst.* 91.

Conferva marina trichodes lanæ instar ex-
pansa. Dill. Musc. 30. T. 5. f. 32. *Ray.*
Syn. 60.

Incolit marem Europæ.

17. *CONFERVA littoralis filamentis elonga-*
tis, ramosissimis scabriusculis. Syst. Nat.
720. *Sp. Pl.* 1634. *Crantz. jnst.* 89. *Gort.*
Belg. 343. *Fl. Gryph.* 209. *Huds. Angl.* 484.

Conferva marina capillacea longa, ramo-
fissima. Dill. Musc. 23. T. 4. f. 19. *Ray*
Syn. 59.

Incolit Europæ saxosa marina.

18. *CONFERVA rupestris filamentosa, geni-*
culata: ramis subplumosis.

Conferva filamentis geniculatis, ramosif-
simis viridibus. Syst. Nat. 721. *Sp. Pl.*
1637. *Crantz. jnst.* 91.

Conferva marina trichodes extremitatibus
ramosis. Dill. Musc. 27. T. 5. f. 28. 29.

C * *Filamentosæ articulis distinctæ.*

19. *CONFERVA corallinoides ramosa, arti-*
culata, apice dichotoma; filis nodosis.

Con-

Conferva filis geniculatis dichotomis. *Syst. Nat.* 721. *Sp. Pl.* 1636. *Crantz. jnst.* 91. *Huds. Angl.* 484. *Gort. Belg.* 344. *Mull. Frid.* 219.

Conferva marina gelatinosa, corallinæ instar geniculata, crassior. *Dill. Musc.* 33. T. 6. f. 36. 37.

Incolit marem Europæ.

20. *CONFERVA fluviatilis setiformis simpliciuscula, articulata, erecta: nodis subangulatis.*

Conferva filis simplicissimis setiformibus retis: geniculis crassioribus angulatis. *Syst. Nat.* 720. *Sp. Pl.* 1635. *Crantz. jnst.* 90. *Huds. Angl.* 482.

Conferva fluviatilis lubrica, setosa equiseti facie. *Dill. Musc.* 39. T. 7. f. 47.

Habitat in Europæ maribus torrentibus.

21. *CONFERVA catenata ramosa articulis remotiusculis subcilindricis.*

Conferva filis geniculatis, articulis cylindricis. *Syst. Nat.* 721. *Sp. Pl.* 1636. *Crantz. jnst.* 90. *Gort. Belg.* 344.

Conferva ramosa geniculis longioribus cateniformibus. *Dill. Musc.* 27. T. 5. f. 27.

In-

12 MUSCI Frondescentes.

Incolit Europæ Marem australem.

22. CONFERVA *navicularis* fasciculata : ramis lateralibus simplicibus, congestis, primordialibus convolutis.

C. navicularis Hudf. p. 225.

Conferva trichodes virgata sericea. *Dill. Musc. 31. T. 5. f. 33.*

Conferva marina trichodes, ramulis virgatis longioribus glabris. *Ray Syn. 3. p. 60.*

Incolit Rhenum ad trabes.

Obs. Planta læte viridis a palmari ad sesquipedalem extenditur longitudinem. Rami ex utroque latere oriuntur virgulam simulantes. Filamenta tenuissima armatis oculis geniculata adparent. Hujus procreatio byssoforum filamentosarum eandem sequitur legem, quam in Dissertatione nostra jam indicaveramus. (a) Quæ primordialia emittit frons, aqua profluente porriguntur, sicque adolescentis ætatis staturam amittunt: hinc convolutionis everfio.

Confervæ ulvodæ,

D* *Membranaceo-fistulosæ.*

23. CONFERVA *intestinalis* tubulosa simplex: primordialibus filamentosis. Ulva tubulosa

(a) *Aff. Palat. Tom. II. p. 443.*

lofa simplex. *At.* *Palat.* Tom. 11. 448.
Fl. Gallobelg. 524. *Syst. Nat.* 719. *Sp. Pl.*
 1632. *Crantz. jnst. Weis. Cryptog.* 27.
Huds. Angl. 475. *Gort. Belg.* 341. *Leyf.*
Hall. 214. *Wilck. Gryph.* 209. *Fl. Isenac.*
 139. *Mull. Frid.* 217.

Ulva tubis cilindricis tuberosis. *Hall. Stirp.*
 3. p. *Ray Syn.* 62.

Tremella marina tubulosa intestinorum for-
ma. *Dill. Musc.* 47. Tab. 9. f. 7.

Incolit Europæ stagnantes aquas.

24. CONFERVA *compressa simplex ramosa-*
que.

Ulva tubulosa ramosa compressa. *Fl. Gallo-*
belg. 525. *Syst. Nat.* 719. *Sp. Pl.* 1632.
Crantz. jnst. 83. *Huds. Angl.* 476. *Gort.*
Belg. 441. *Wilck. Gryph.* 209.

Tremella marina tenuissima compressaque.
Dill. Musc. 48. T. 9. f. 8.

Incolit Europæ paludosa.

Confervæ corallinodæ.

E* *Solidæ fragilesque,*

25. CONFERVA *corallina bipinnata, articu-*
lis dilatiusculis : terminalibus subturbi-
natis.

Co-

MUSCI Frondescentes.

Corallina (officinalis) subpinnata : articulis subturbinatis. *Syst. Nat.* 1304.

Corallina bipinnata articulis ovatis, superioribus compressis : terminalibus ovato-lanceolatis planis. *Pall. Zoophyt.* 422.

Corallina *Tourn. inst.* 470. Tab. 338. f. A. J.B. Tom. 3. p. 810. *Morif. Hist.* 3. p. 651. S. 15. Tab. 9. *Barr. jcon.* 1276. n. 1. *Pluk. Phyt.* Tab. 48. f. 4.

Incolit Europæ Oceanum mediterraneum.

Obs. Aqua mollita planta lucique visa, isthmos distinctos monstrat tanquam in quibusdam confervis.

26. **CONFERVA cristata** capillacea dichotomo-fastigiata, articulata : articulis supremis subclavatis.

Corallina dichotoma, capillaris fastigiata articulis superioribus elevatis. *Syst. Nat.* 1304.

Corallina filiformis, dichotoma, fastigiata : articulis teretiussculis divisurarum superiorum clavatis. *Pall. Zoophyt.* 425.

Corallina capillacea multifido folio albido. *T. inst.* 571.

Corallina cristata minima. *Barr. jcon.* 1296. f. 2.

Co-

Corallinae affinis candida multifido capillaceo folio, palmites. *Pluk. Almag.* 119. *Phytogr.* Tab. 48. f. 10. G. B. 3. p. 811.

β. Corallina muscosa f. muscus marinus tenui capillo spermophoros. *Pluk. Almag.* 119. *Phytogr.* Tab. 168. f. 3.

Incolit Oceanum Europæ.

Obs. Corallinas ad animale regnum potius quam ad vegetabile pertinere nemo monstravit. Porositas necessaria, ut Polypi hospitari queant, in corallinis abest: hinc animalculorum producta artificialia esse non constat. Plantæ in locis natalibus observatæ nullum vitæ signum edunt. Acidis alteratæ non sunt, id quod in specie penultima experti sumus. Analyti chimica nulla animalitatis principia exhibent teste *Clar. Pallasio*: porro nec soliditas fragilitasque corallarum validior certiorque character est, ut a vegetabili regno excludantur, quam coriacea atque cartilaginea fucorum natura. Sequentem *Clar. Pallasii* observationem transferemus. „ Corallinas, quæ sunt „ nodulariæ *Imperati* (*hist. Nat. Lib. 27. cap.* „ 13.) hic addo ne imperfectionis accusari „ possit opusculum, quum apud *Ellisium* & „ *Linnaeum* zoophytis insertas invenias. Mihi „ vero totum genus hocce botanicis relinquen- „ dum videtur. Nec enim structura, nec che- „ micis

„ micis principiis ad Zoophytorum ullum ge-
 „ nus accedunt, & pleræque species etiam ha-
 „ bitum prorsus peculiarem habent, reliquæ
 „ ad fucos potius accedentes, plurimæ con-
 „ feruis comparabiles quamvis lapidescente
 „ substantia ab iisdem omnibusque vegetabi-
 „ libus distinctissimæ. Temporis angustia &
 „ opportunitas impederunt, ne in *coralli-*
 „ *narum* naturam accuratius igne inquirerem.
 „ Chemicis principiis tamen a Zoophytis *co-*
 „ *rallinas* ex odore combustarum potius vege-
 „ tabili apparet, & si *Marsilio* credamus, fa-
 „ lis volatilis oleique animalis nihil omnino
 „ continent. Vigentes in mari *corallinae* vivi
 „ nunquam quidquam exhibuerunt. Nulla
 „ illis mucosa & polipifera incrustatio; pori au-
 „ tem, calcareæ substantiæ adeo sunt minuti,
 „ ut polypi in iis hospitari nequeant. Neque
 „ hæc calcareæ substantiæ, aceto alteratæ,
 „ visibilis porositas, quam urget *Ellisus* ma-
 „ gis pro animalitate *corallinarum* facit, quam
 „ fucorum pori nutritorii eos animalia esse
 „ probarent. *Jussens* quum tanta diligentia
 „ ad marinas plantas adstenderet, ut Zoophy-
 „ torum novam gentem vindicaret, in *coral-*
 „ *linis* veris nihil omnino vitæ percepit. (act.
 „ Gall. 1742. p. 290.) Magnum denique pro
 „ *corallinarum* vegetabili indole argumentum

„ Vi-

„ videtur plantula terrestris a *Meezio* nuper
 „ descripta quæ certissime ex *Corallinarum*
 „ sensu est, easque structura, substantia at-
 „ que fructificatione ad amussim refert. „ (b)

Corallinas, in hoc opere *Confervis* adnume-
 ratas ad vegetabile regnum pertinere com-
 probavit *Jussens*. (c)

FUCUS.

A * *Vesiculati*.

I. FUCUS *nodosus* fronde compressa, vesicu-
 lis oblongis interjecta: frondulis integerrimis.

Fucus fronde compressa, dichotoma, foliis
 distichis, integerrimis, vesiculis innatis,
 solitariis dilatatis. *Syst. Nat.* 716.

Fucus caule compresso, dichotomo, medio
 ramorum in vesiculam dilatato. *Fl. Gal-*
lobelg. 527. *Sp. Pl.* 1628. *Crantz. just.* 85.
Huds. Angl. 468. *Gort. Belg.* 339. *Mull.*
Frid. 217. *Gunn. Norw.* 83. *Gmelin. Fu-*
cor. Tab. I. B. f. 1. 2. *Oeder. Danic. fasc.*
 3. T. 146.

Fucus maritimus vesiculis majoribus singu-
 B lari-

(b) *Pallas Zoophyt. Elench.* p. 418.

(c) *Dictionnaire Encyclopedique voc. Corall.*

laribus per intervalla dispositis. *Maris. Hist.* 3. p. 647. S. 15. T. 8. f. 2. *Reaum. Act. Gall.* 1712. p. 26. f. 3.

(*Accolit littora Oceani Norwegiam alluentis.*
D. Oeder.

2. **FUCUS** *vesiculosus* fronde plana, integerrima, vesiculis terminalibus verrucosis, primordialibus linearibus.

Fucus fronde plana dichotoma, vesiculis axillaribus geminis: terminalibus tuberculatis. *Syst. Nat.* 714.

Fucus fronde dichotoma, integra caule folium medium transcurrente, vesiculis verrucosis terminalibus. *Sp. Pl.* 1626. *Crantz. jnst.* 84. *Fl. Gallobelg.* 526. *Huds. Angl.* 466. *Gort. Belg.* 338. *Wulff. Bor.* 36. *Wilck. Gryph.* 208. *Mull. Frid.* 216. *Gunn. Norw.* 48.

Fucus maritimus S. *Quercus marina* vesiculas habens. *Reaum. Gall.* 1711. p. 288. f. 2.

3. **FUCUS** *siliquosus* fronde ramosa, vesiculis oblongis siliquiformibus mucronatis, primordialibus lineari-subulatis.

Fucus fronde compressa, ramosa, foliis distichis alternis integerrimis fructificationibus

nibus oblongis pedunculatis , mucronatis. *Syst. Nat.* 716.

Fucus caule tereti ramosissimo , pedunculis alternis , vesiculis oblongis acuminatis. *Sp. Pl.* 1629. *Crantz. jnst.* 86. *Huds. Angl.* 468. *Gort. Belg.* 339. *Gunn. Norw.* 83. *Oeder. Dan. fasc.* 2 T. 106. *Gmelin. Fucor.* Tab. 11. B.

Fucus angustifolius , vesiculis oblongis , siliquarum æmulis. *Ray Syn.* 48. *Pluk. Almag.* 161.

Incolit Oceanum septentrionalem.

4. **FUCUS** *ceranoides* fronde plana laciniato-multifida , dichotoma : globulis atris lateralibus.

Fucus fronde plana dichotoma , integerrima , punctata , lanceolata fructificationibus tuberculatis terminalibus. *Syst. Nat.* 715.

Fucus fronde dichotoma plana apicibus bifidis vesiculosis. *Sp. Pl.* 1626. *Crantz. jnst.* 84. *Huds. Angl.* 466. *Gort. Belg.* 339. *Mull. Frid.* 216. *Gmel. Fucor.* T. VII. f. 1. 2. 3.

Fucus S. alga membranacea purpurea parva. *Pluk. Almag.* 161. *Mor. Hist.* 3. 645.

α *Fucus membranaceus ceranoides* ramosus, per siccatem obsolete virescens. *Ray Syn.* 44. *Pluk. Almag.* 161.

β *Fucus ceranoides albidus*, ramulorum apicibus stellatis *Pluk. Almag.* 167.

γ *Fucus humilis dichotomus membranaceus ceranoides* latioribus foliis ut plurimum verrucosis *Moris. Hist.* 3. p. 646. S. 15. T. 8. f. 13.

Incolit littora maris Angliæ. Belgii.

Obs. Hunc mire variare, magnitudine atque colore refert *Gmelinus* „ altitudo inquit, Cl. „ Vir, palmaris, at sæpissime multo minor. „ junior planta ab annosa tanto hiatus differt, „ ut non exercitatus pro diversissimis habeat. „ Color mire variat, carneus est, vel flavus, „ vel virescens, vel purpurascens. Variat „ frondium latitudo, quæ modo pollicem latæ sunt, modo lineam gradibus intermediis. „ Variat divisura hæcque quidem quam maxime „ (d).

α. *Fucus* (divaricatus) fronde membranacea plana dichotoma, axillis divaricatis, vesiculis axillaribus geminis. *Syst.*

Nat.

(d) *Hist. Fucor.* 116.

*Nat. 715. Sp. Pl. 1626. Crantz. jnst. 85.
Gort. Belg. 339. Huds. Angl. 467.*

Fucus bullatus fruticescens, caule nudo foliis rectis compressis bifidis. *Moris Hist. 3. p. 647. S. 15. T. 8. f. 5.*

β Fucus (spiralis) fronde plana dichotoma integerrima punctata, inferne lineari, fructificationibus tuberculatis geminis. *Syst. Nat. 715. Sp. Pl. 1627. Crantz. jnst. 84. Oeder. Danic. fasc. 5. T. 286. Huds. Angl. 467.*

Fucus spiralis maritimus major. *Ray. Syn. 45.*

Incolit Angliæ littora maris.

Obs. α β Plantæ ejusdem varietates sunt, ex observationibus Gmelinianis, quas pro speciebus diversis habent recentiores. „ Ineffabilem, inquit Cl. Vir, certe cum perspicaci „ Dillenio, Ratio ratione ætatis & loci, aliorumque accidentium varietatem dicas, qua „ hæc nostra marina quercus, ob frondium „ rudiorem cum arbore quercu similitudinem „ Ita dicta, in mari ludit, & facie frequenter „ adeo mutabili conspicitur, ut mirum non „ sit deceptos fuisse botanicos, ut plures justo „ constituerint species, quas observationibus „ innumeris adductus ad hanc unicam dicti-

„ tante natura reduxi. „ (e) *Fueum inflatum* Linn. ad plantam eandem quoque pertinere putat.

5. **FUCUS** *canaliculatus* fronde ramosa hinc canaliculata, vesiculifera: apicibus obtusis bifidis rugosis.

Fucus (excisus) fronde lineari dichotoma hinc canaliculata axillis divaricatis punctata. *Syst. Nat.* 715.

Fucus dichotomus linearis axillis divaricatis. *Sp. Pl.* 1627. *Huds. Angl.* 468. *Hist. Fucor.* T. 1. a. f. 2. *Reaum. At. Gall.* 1711. f. 5.

Fucus palmaris, angustifolius ad extrema vesiculis rugosis bifurcatus. *Morif. Hist.* 3. p. 647. T. 8. f. 12.

Incolit Europæ Oceanum.

6. **FUCUS** *fastigiatus* fronde filiformi ramosissima dichotoma: vesiculis terminalibus, primordialis. lateralibus.

Fucus fronde filiformi dichotoma, ramosissima, obtusa, fastigiata. *Syst. Nat.* 718.

Fucus dichotomus ramosissimus teres unifor-

(e) *Hist. Fucor.* 63.

formis, fastigiatus. *Sp. Pl.* 1631. *Crantz. jnst.* 87. *Huds. Angl.* 467. *Hist. Fucor. T. VI. f. 1.* *Oeder. Danic. fasc. 7. T. 393.* *Gunn. Norw.* 102.

Fucus palmaris tenuis in orbem expansus, in segmenta bifida breviora, teretia divisus. *Moris. Hist.* 3. p. 649. S. 15. T. 9. f. 9. *Loef. Pruss. jcon.* 15.

Incolit marem Atlanticum & Balticum. D. Oeder.

7. **FUCUS penchedanifolius** fronde plana pinatifida, punctata: laciniis terminalibus vesiculosis.

Gmelin Fucor. T. 1. a. f. 4. Reaum. Atl. Gall. 1712. p. 34. f. 6.

An? fucus membranaceus, angustior acaulos, foliis palmæ in modum divisis, marginibus laciniatis veluti crispis. *Moris. Hist.* 3. p. S. 15. T. 8. f. 2.

Incolit Littora Kamtschatica Stellerus.

8. **FUCUS foeniculaceus** fronde ramosa, coarctata, vesiculis terminalibus tuberculatis, mucronatis.

Fucus fronde filiformi, ramosissima, vesiculis ovatis terminatis, foliolis multipar-

titis obtusis apice fructificantibus. *Syst. Nat.* 717.

Fucus vesiculis, oblongis, pedunculatis terminatis foliolis linearibus. *Sp. Pl.* 1629. *Huds. Angl.* 469.

An ? fucus (granulatus) fronde filiformi ramosissima, ramulis acuminatis, vesiculis subrotundis, cumulatis ramis, foliisque acutis omnibus innatis. *Syst. Nat.* 717.

Incolit Marem mediterraneum D. Gmelin.

9. **FUCUS abrotanoides** fronde ramosa, capillari-multifida, fasciculata: vesiculis globosis.

Fucus abrotanoides vesiculis parvis rotundis ornatus *Moris. Hist.* 3. p. 648. S. 15. T. 8. f. 17.

Incolit Marem Anglicum. D. Gmelin.

10. **FUCUS elongatus** fronde filiformi plana, simpliciuscula, vesiculifera: vesiculis sparsis.

Fucus fronde filiformi compressa, articulata, dichotoma: geniculis tumidiusculis. *Syst. Nat.* 716.

Fucus fronde filiformi compressa dichotoma, recta. *Sp. Pl.* 1627. *Grantz. inst.* 85.

Fucus in ligulas, longas, angustas, & subrotun-

rotundas divisus. *Reaum, Atl. Gall.* 1712.
p. 24. f. 2.

An? fucus (*linearis*) dichotomus linearis
acutus, vesiculis ovatis sparsis. *Oeder.*
Dan. fasc. 6. T. 357. Huds. Angl. 467.

Incolit Europæ Oceanum septentrionalem.

Obs. Figura Oederiana ramosissima, nulloque modo Reaumurianæ respondet, quæ simplex est. Utriusque specimina sunt conferenda, ut innotescat num eadem planta aut diversæ species sint.

11. FUCUS *furcellaria* fronde tereti lineari-subulata, apice dichotoma inflata.

Fucus fronde ramosissima, filiformi, dichotoma, acuminata. *Syst. Nat.* 718.

Fucus superne teres dichotomus, ramosissimus: apicibus acuminatis *Sp. Pl.* 1630.
Crantz. jnst. 78. Gmelin. Fucor. T. VI. f. 2.
Oeder. Danic. fasc. 7. Tab. 499.

Fucus parvus segmentis prælongis, teretibus acutis. *Moris. Hist.* 3. p. 648. S. 15. T. 9. f. 4.

Habitat in Norwegia D. Oeder. & in Anglia D. Gmelin.

12. FUCUS *myrica* fronde ramosa compressa, denticulata, vesiculis globosis frondula-

que terminatis. *Gmelin Fucor. T. III.*
f. 1.

Incolit littora Kamtschatica. D. Gmelin.

13. FUCUS *abies marinus* fronde adolescenti
hirta, tereti: adulta paniculata; vesiculis
concatenatis subtuberculatis.

Fucus foliis ericæ. *Reaum. Alt. Gall. 1712.*
p. 31. f. 5.

An? fucus (concatenatus) fronde filiformi
ramosissima vesiculis ovatis, terminatis
foliolis multipartitis, obtusis apice fru-
ctificantibus. *Syst. Nat. 717. Sp. Pl. 1629.*
Crantz. jñst. 85.

Incolit Oceanum Angliam alluentem. D. Gmelin.

14. FUCUS *muricatus* fronde inermi aculeata:
distiche imbricata: primordialibus lævi-
bus. *Gmelin. Fucor. T. VI. f. 4.*

An? fucus (discors) fronde tereti inermi
aculeatissima, foliis distichis subpinnatis.
Syst. Nat. 717.

Incolit Oceanum indicum. D. Gmelin.

Obs. Ex icone Gmeliniana videtur partem
denticulis destitutam, viviparam f. adolescen-
tem plantam constituere.

B * *Tuberculati.*

15. FUCUS *ferratus* fronde oblonga , plana, dentata, utrinque pilifera : tuberculis terminalibus.

Fucus fronde dichotoma plana, ferrato-dentata : fructificationibus tuberculosis *Syst. Nat.* 715.

Fucus fronde plana, ferrata, dichotoma ad apices tuberculata. *Sp. Pl.* 1626. *Crantz. jnst.* 84. *Huds. Angl.* 466. *Wilck. Gryph.* 208. *Mull. Frid.* 216.

Fucus f. alga latifolia major dentata. *Reaum. Art. Gall.* 1711. p. 284. f. 1. *Ray Syn.* 42. *Moris. Hist.* 3. p. 648. f. 15. T. 9. f. 1. *Incolit Oceanum septentrionalem.* D. Gmelin.

16. FUCUS *lichenoides* fronde plana subflexuosa , ramosa , tuberculis axillaribus. *Hist. Fucor.* T. VIII, f. 1. 2.

Incolit marem Numidicum D. Gmelin.

17. FUCUS *contortus* fronde ramosissima, plana, subdichotoma : tuberculis subalatis.

Fucus bursa pastoris. *Hist. Fucor.* 121. T. VII. f. 3.

Incolit Marem mediterraneum D. Gmelin.

18. FUCUS *corymbiferus* fronde utrinque plana multipartita, prolifera: tuberculis terminalibus aggregatis. *Hist. Fucor. T. IX. f. 1.*

Incolit Marem mediterraneum D. Gmelin.

19. FUCUS *ericoides* fronde nodosa, ramulis imbricatis globuliferis, denticulis subulatis.

Fucus filiformis ramosissimus hirtus. Sp. Pl. 1631. Hist. Fucor. T. XI. f. 2. Gort. Belg. 340. Huds. Angl. 469.

Fucus foliis ericæ. Ray Syn. 49. Pluk. Almag. 160.

Incolit Mediterraneum D. Gmelin.

20. FUCUS *verrucosus* fronde tereti filiformi: ramis longis, subulatis, globuliferis.

Fucus filiformis teres ramosissimus ramis simplicibus, vesiculis lateralibus rotundis, Huds. Angl. 470. Gmel. Fucor. T. XIV. f. 1.

Fucus marinus purpurascens parvus caule & ramulis s. foliolis teretibus. Ray. Syn. 50. Reaum. Act. Gall. 1712. p. 40. T. 5. f. 9.

Incolit Mediterraneum D. Gmelin.

21. FUCUS *placanium* fronde teretiufcula, ramofiffima: ramis pinnatis globuliferis.

Fucus cartilagineus caule teretiufculo compresso, frondibus supradecompositis pinnalis, laciniis. linearibus. *Sp. Pl.* 1630. *Hift. Fucor.* T. XVI. f. 1. *Huds. Angl.* 470.

Fucoides rubens varie diffectum. *Ray. Syn.* 37.

Incolit marem Angliæ.

22. FUCUS *osmunda* fronde supradecomposita laciniis incrassatis lacinulatis.

An? fucus cartilagineus compressus, frondibus supradecompositis pinnatis, laciniis obtusis. *Huds. Angl.* 473.

Fucus *osmunda* *Hift. Fucor.* 155. T. XVI. f. 2. *Incolit littora Angliæ.*

23. FUCUS *versicolor* fronde colore varia bipinnata: pinnulis multifidis minutiffimis.

Fucus fronde filiformi compressa bipinnata apicibus dilatatis terminatis fructificationibus hinc tuberculatis. *Syst. Nat.* 716.

Sp. Pl. 1629. *Crantz. jnst.* 86. *Huds. Angl.* 469. *Hift. Fucor.* T. XVII. f. 2.

Incolit scopulos marinos C. B. S. D. Gmelin,

24. **FUCUS** *confervoides* fronde ramosa tereti pinnata: pinnis fasciculatis setaceis.

Fucus subdichotomus teres filiformis ramossimus: ramis inæqualibus setaceis. Sp. Pl. 1629. Crantz. jnß. 86. Huds. Angl. 474. Hist. Fucor. T. XV. f. 2.

Incolit Angliæ littora.

25. **FUCUS** *plumosus* fronde ramosa cartilaginea: laciniis pinnatifidis, superioribus terminalibus tuberculosis.

Fucus frondibus cartilagineis lanceolatis plumosis bipinnatis, caule filiformi compresso ramoso. Lin. Mantiff. 134.

Fucus caule teretiufculo, compresso, ramoso, ramis duplicato-pinnatis. Syst. Nat. 718. Huds. Angl. 473. Oeder. Danic. fasc. 6. T. 350.

- Fucoides purpureum eleganter plumosum Ray. Syn. 38. T. 8. f. 5.*

Incolit fundum Oceani islandici. D. Oeder.

26. **FUCUS** *atomarius* fronde alternatim pinnatifida: laciniarum denticulis erectis.

Fucus frondibus membranaceis enerviis alternatim pinnatifidis: laciniis apice eros. Lin. Mantiff. 135. Syst. Nat. 718. Gmelin Fucor. T. X. f. 1. Fu-

Fucus membranaceus rubens foliis latiusculis ad extrema dentatis. *Moris. Hist.* 646. S. 15. T. 8. f. 5.

Habitat in Oceano Atlantico D. Linné.

C* *Vesiculis tuberculisque carentes.*

27. **FUCUS muscoides** fronde filiformi compressa: denticulis subulatis alternis.

Fucus fronde filiformi compressa ramosissima dentibus marginalibus, subulatis erectis. *Syst. Nat.* 717.

Fucus ramosissimus linearis, compressus marginibus lateralibus denticulis erectis. *Sp. Pl.* 1632. *Crantz. inst.* 88. *Oeder. Danic. fasc.* 6. T. 355. *Hist. Fucor.* T. XII. f. 1.

Fucus tenuifolius foliis dentatis. *Ray. Syn.* 48. *Moris. Hist.* 3. p. 648. S. 15. T. 9. f. 4.

β. **Fucus** caule tereti ramosissimo, ramis sparsis, spinis mollibus alternis. *Sp. Pl.* 1630.

Incolit fundum Oceani Atlantici D. Oeder.

28. **FUCUS pinnatifidus** fronde ramosa, plana: laciniis subtrifidis obtuis.

Fucus frondibus planis ramosis dentatopinnatifidis margine callosis. *Huds. Angl.* 473. *Oeder. Danic. fasc.* 6. T. 354. *Hist. Fucor.* T. 16. f. 3. Fu-

Fucus dealensis pedicularis rubræ folio.
Ray. Syn. 48.

Habitat in Oceano islandico. D. Oeder.

29. **FUCUS** *filum* fronde simplici fetacea opaca.

Fucus fronde filiformi subfragili opaca. Syst.

Nat. 717. Sp. Pl. 1631. Crantz. inst. 88.

Huds. Angl. 175. Gort. Belg. 340.

Fucus chordam referens teres, prælongus.

Pluk. Almag. 160.

Incolit scopulos marinos Oceani septentrionalis,
nec non littora maris Balthici. D. Gmelin.

30. **FUCUS** *scorpioides* fronde capillacea, tereti ramosissima apicibus convolutis.

Fucus caule tereti ramoso, ramis alternis ramosissimis apice inflexis. Huds. Angl.

f. 171.

Fucus foeniculaceus colore livido. Pluk.

Phytogr. T. 47. f. 13.

Fucoides erectum, fruticuli specie, summitatibus inflexis. Ray. Syn. 38.

Incolit Angliæ littora.

D* *Membranacei pellucentes.*

31. **FUCUS** *ciliatus* fronde plana laciniata margine ciliata, primordialibus linearibus.

Fu-

Fucus frondibus membranaceis proliferis, lanceolatis. *Lin. Mant.* 136. *Syst. Nat.* 718.

Fucus frondibus planis ramosis ciliatis. *Huds. Angl.* 472. *Oeder. Dan. fasc* 6. T. 353. *Hist. Fucor.* T. XXI. f. 1.

Fucus rubens membranaceus angustifolius marginibus ligulis armatis. *Ray. Syn.* 47.

Fucus humilis membranaceus acaulos elegantissimus ruber, capillis longis fimbriatis. *Moris. Hist.* 3. p. 646.

Incolit Angliæ & Islandiæ *Marem.* D. Gmelin & Oeder.

Obs. Viviparæ plantulæ ex adulta fronde nascentes, nonnunquam copiosissimæ, tunc proliferam plantam facit *Linnaeus*.

32. FUCUS *alatus* fronde ramosissima nervosa : laciniis linearibus decurrentibus.

Fucus frondibus membranaceis subdichotomis, nervosis : laciniis decurrentibus.

Lin. Mantiff. 135. *Huds. Angl.* 473. *Oeder. Danic. fasc.* 6. T. 352. *Hist. Fucor.* T. XXIV. f. 1. 2. 3.

Fucus dichotomus parvus costatus & membranaceus. *Ray. Syn.* 44.

Incolit Angliæ *Littora,* & *Oceanum* Islandiæ.

33. FUCUS *sanguineus* fronde ramosa undato-oblonga, integerrima dilatata: primordialibus racemosis.

Fucus caule tereti, ramofo, frondibus membranaceis ovato-oblongis integerrimis.

Lin. Mantiff. 136.

Fucus caule tereti ramofo, frondibus oblongo-lanceolatis, undatis integerrimis.

Huds. Angl. 455. *Oeder. Danic. fasc.* 6. T. 349. *Hist. Fucor.* T. XXIV. f. 2.

Fucus S. Alga folio membranaceo purpureo lapathi sanguinei figura & magnitudine.

Moris. Hist. 3. p. 645. S. 15. T. 8. f. 6. *Ray. Syn.* 47.

Incolit Angliæ littora, & Oceani Is landici fundum. D. Oeder.

Obs. In adulta fronde rachis frondesque partiales quandoque complicantur ita ut prolifera evadat planta. Ex ejusdem individui basi frondulæ nascuntur plures, ovatæ ad utrumque latus rachis junioris annexæ. Singulæ lineæ latitudinem circiter adæquant. Frondulæ hæ speciei evolvendæ primordium est.

34. FUCUS *dulcis* fronde palmata margine undata: primordialibus marginalibus.

Fucus fronde palmata plana. *Syst. Nat.* 718.

Fa-

Fucus caule tereti brevissimo fronde palmata: laciniis ensiformibus. *Huds. Angl.* 474. Absque synonym. *Hist. Fucor.* T. XXVI.

Fucus foliaceus humilis palmam humanam referens. *Morif. Hist.* 3. p. 646. f. 15. T. 8. f. 1.

Incolit Oceanum Kamtschatkæ. D. Gmelin.

Obs. Quos denticulos inter frondis divaricationem S. ad superiorem marginem adscribit *Cl. Gmelinus* (f), nihil aliud quam gignitur particula, qua gignitur species.

35. **FUCUS holofetaceus** fronde ramosa subpinata: frondulis lineari-lanceolatis ferratis, primordialibus marginalibus.

Fucus Holofetaceus. *Hist. Fucor.* 177. T. XXI. f. 2.

Incolit Marem Angliæ. D. Gmelin.

36. **FUCUS lacercatus** fronde ramosa, margine crispata superne glabra: primordialibus lateralibus cuspidatis.

An? **fucus crispus** frondibus planis dichotomis,

C 2

tomis,

(f) *Hist. Fucor.* 189.

tomis, apicibus dilatatis bifidis. *Huds. Angl. 72. Hist. Fucor. T. XXI. f. 4.*

Incolit : . .

37. FUCUS *palmetta* fronde palmato-multifida, obtuse crenata: primordialibus frondulosis.

Fucus palmetta. Gmelin Fucor. 183. T. XXII. f. 3. T. XXIII.

An ? *fucus frondibus membranaceis, oblongis nudatis sinuatis, stirpe tereti ramosa. Syst. Nat. 718.*

Fucus caule tereti ramoso, frondibus oblongis, undulatis sinuatis. Sp. Pl. 1630.

Incolit Oceani septentrionalis littora. Gmelin.

38. FUCUS *laciniatus* fronde ramosa, ramis dilatatis: primordialibus squamulosis.

Fucus membranaceus, frondibus ramosis, ramis dilatatis. Huds. Angl. 475. Hist. Fucor. T. XXII. f. 2.

Incolit suffexiæ & Angliæ littora Hudson. Et Pallas.

39. FUCUS *undulatus* fronde ramosa, lineari plana, undulata: primordialibus capillaceis.

Fu-

Fucus contortus. *Gmelin Fucor.* 181. Tom. XXII. f. 1.

Incolit . . .

40. *FUCUS volubilis* fronde spirali-convoluta margine dentata.

Fucus fronde spirali, margine dilatato repando dentato. *Sp. Pl.* 1627.

Fucus spiralis minor. *Barrel. jcon.* 1393.

Incolit Marem mediterraneum.

E * *Membranacei radicati.*

41. *FUCUS saccharinus* fronde indivisa simplicissima, lanceolata, plana: marginibus plicato-sinuatis.

Fucus fronde subsimplici ensiformi, stirpetereti brevissima, *Syst. Nat.* 718. *Huds. Angl.* 474.

Fucus caule tereti brevissimo folio maximo ensiformi subsimplici. *Sp. Pl.* 1630. *Gunn. Norw.* 52. *Oeder. Danic. fasc.* 7. T. 416. *Hist. Fucor.* T. XXVII.

Fucus folio singulari longissimo, lato in medio rugoso, qui balteiformis dici potest. *Ray. Syn.* 39. *Reaum. Act. Gall.* 1712. p. 29. T. 1. f. 4.

38. MUSCI Frondescentes.

β. Fucus caule longissimo frondibus latis & crassis. *Hist. Fucor.* T. XXVIII. f. 1. 2.

Incolit Islandiæ ac Norwegiæ *Oceanum* D. Oeder. Gunn.

42. FUCUS *esculentus* fronde indivisa basi pinnulifera: rachi petioliformi quadrangulari.

Fucus fronde simplici indivisa, ensiformi, petiolo pinnato folium percurrente. *Syst. Nat.* 718. *Mantiff. Pl.* 135. Oeder. *Danic. fasc.* 7. T. 417.

Incolit Oceanum Islandiam & Norwegiam *alluentem*.

43. FUCUS *polyschides* fronde spiritaliter convoluta apice palmata: primordialibus ovato-lanceolatis simplicissimis.

Fucus caule tereti fronde palmata foliolis ensiformibus *Lin. Mantiff. Pl.* 134. *Huds. Angl.* 472. Oeder. *Danic. fasc.* 7. T. 392. *Hist. Fucor.* T. XXX.

Fucus (hyperboreus) fronde simplici palmata caule longissimo. *Gunn. Norw.* 34. T. III. f. 1. 2. 3.

Fucus arboreus polyschides caule plano & tortuoso. *Reaum. Art. Gall.* 1712. p. 21. T. I. f. 1.

Fu-

Fucus arboreus polyschides edulis. Ray.
Syn. 46.

β. *Fucus membranaceus polyphyllos major.* Ray. *Syn.* L. c.

Incolit Norwegiæ, Islandiæ & Angliæ *Oceanum.* D. Oeder. Gmelin.

Fuci Ulvodei.

44. **FUCUS** *umbilicalis* fronde concaviuscula, peltata, coriacea.

Fucus marinus umbilicatus. Moris *Hist.* 3.
p. 645.

Fucus lichenis facie maritimus. Moris. *Hist.*
L. c.

Ulva plana orbicularis, sessilis peltata coriacea. *Syst. Nat.* 719.

Ulva fronde dilatata subfinuata centro, radicata. Sp. Pl. 1633. Crantz. *inst.* 83.
Hudson. Angl. 477.

Ulva marina umbilicata. Ray. *Syn.* 62.

Tremella marina umbilicata. Dill. *Musc.* 45.
T. 8. f. 3.

Incolit Anglicum marinum.

45. **FUCUS** *lactuca* fronde imbricata : frondibus partialibus erectiusculis, sinuato-laciniiatis, obtusis.

Fucus lactucæ folio. T. *just.* 568.

Fucus membranaceus undulatus tenuis viridis. *Brown jamaic.* 71.

Ulva palmata prolifera, membranacea ramentis inferne angustatis. *Syst. Nat.* 719.
Sp. Pl. 1632. *Crantz. just.* 83. *Gort. Belg.* 341. *Huds. Angl.* 477.

Ulva marina lactucæ similis. *Ray. Syn.* 62.

Tremella marina vulgaris lactucæ similis.
Dill. Musc. 42. T. 8. f. 1.

Incolit Marem Angliæ.

Obs. Partiales frondes ita multiplicantur, ut progrediente tempore complicata evadat planta tanquam in lichenibus imbricatis.

46. FUCUS *pavonicus* fronde plana reniformi decussatim striata: primordialibus simplicissimis.

Fucus fronde sessili reniformi decussatim striata. *Sp. Pl.* 1630. *Crantz. just.* 87.
Huds. Angl. 472.

Fucus maritimus gallopavonis plumas referens. *Ray. Syn.* 43. *Morif. Hist.* 3. p. 645. S. 15. T. 8. f. 7.

Ulva plana decussatim striata, sessilis reniformis. *Syst. Nat.* 719.

Incolit Angliæ marem.

I.

RICCIA.

1. RICCIA *fluitans* fronde dichotoma lineari-ramosa, plana: primordialibus obtusis.

Riccia frondibus dichotomis planis linearibus. *Aët. Pal.* Tom. II. 448. T. 2. f. 8.

Fl. Gallobelg. 498.

Riccia dichotomis frondibus lineari-filiformibus. *Syst. Nat.* 708. *Sp. Pl.* 1606.

Crantz. jnst. 68. *Gort. Belg.* 323. *Mull.*

Frid. 209. *Oed. Dan. fasc.* 5. T. 274.

Hepatica palustris dichotoma, *Vaill. Bot.* T. 10. f. 3.

Lichenastrum aquaticum fluitans tenuifolium furcatum. *Dill. Musc.* 574. T. 34.

f. 47.

Incolit Europæ aquas stagnantes: copiosissime in Palatinatu.

2. RICCIA *crystallina* fronde superficie papillosa: primordialibus secernentibus.

Riccia frondibus superficie papillofis. *Aët.*

Pal. Tom. II. 448. Tab. 2. f. 9. *Fl. Gallo-*

belg. 497. *Syst. Nat.* 708. *Sp. Pl.* 1605.

Crantz. jnst. 67. *Scopol. Carn.* 116. *Leys.*

Hall. 205. *Mull. Frid.* 209.

Riccia fronde reticulata æquabili: lobis obtusis denticulatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 67.

42 MUSCI Frondescentes.

Riccia minor latifolia pinguis adspergine cristallina. *Mich. Gen.* T. 57. f. 3. 7.

Hepatica palustris foliis cristatis. *Vaill. Paris.* T. 19. f. 2.

Lichen palustris rutæ folio. *Dill. Musc.* 555. T. 78. f. 12.

Incolit paludosa Palatinatus.

3. *RICCIA glauca* fronde bilobata obtusa superne fulcata.

Riccia frondibus glabris canaliculatis bilobis obtusis. *Fl. Gallobelg.* 498. *Syst. Nat.* 708. *Sp. Pl.* 1605. *Crantz. just.* 68. *Huds. Angl.* 440.

Riccia fronde fulco divisa, lobis bifurcatis lobulis lanceolatis obtusis. *Hall. Stirp.* 3. p. 67.

Riccia minima pinguis, foliis latiusculis ample fulcatis. *Mich. Gen.* 107. T. 57. f. 4.

Hepatica palustris bifurcata, lobis brevioribus carinatis. *Vaill. Paris.* 98. T. 19. f. 1.

Lichen minimus, foliis venosis bifariam aut trifariam se dividendo progredientibus. *Dill. Musc.* 533. T. 78. f. 10.

Incolit inundata Europæ.

4. **RICCIA** *natans* fronde obcordata marginibus ciliata.

Riccia frondibus obcordatis ciliatis *Syst. Nat.* 708. *Huds. Angl.* 440.

Lichen parvus vernus cordiformis ima parte fimbriatis lentis palustris modo aquæ innatans. *Dill. Musc.* 536. T. 78. f. 18. *Ray. Syn.* 116.

Incolit stagnantia Europæ. Infrequenter Occurrit.

5. **RICCIA** *minima* fronde glabra bipartita acuta.

Riccia frondibus glabris bipartitis acutis. *Syst. Nat.* 708. *Sp. Pl.* 1605. *Crantz. jnst.* 68. *Huds. Angl.* 440. *Mull. Frid.* 209.

Riccia minima nitida segmentis acutis. *Mich. Gen.* 107, T. 57. f. 6.

Lichen omnium minimus, foliolis scissis fissis super terram expansis. *Dill. Musc.* 534. T. 78. f. 11. *Ray. Syn.* 115.

Incolit Flandriæ inundata.

ANTHOCEROS.

1. **ANTHOCEROS** *punctatus* fronde integra superne punctata.

An-

Anthoceros frondibus indivisis sinuatis punctatis. Fl. Gallobelg. 499. Syst. Nat. 708. Sp. Pl. 1606. Crantz. jnst. Huds. Angl. 441. Oeder. Danic. fasc. 7. T. 396.

Anthoceros foliis minoribus magis laciniatis. Dill. Musc. 476. T. 68. f. 1.

Anthoceros minor foliis magis carinatis & eleganter crenatis subtus incurvis. Mich. Gen. 11. T. 7. f. 2.

Incolit Europæ uliginosa.

2. **ANTHOCEROS** *multifidus* fronde lineari bipinnatifida : primordialis linearibus simplicissimis.

Anthoceros frondibus bipinnatifidis linearibus. Syst. Nat. 708. Sp. Pl. 1606. Crantz. jnst. 67.

Anthoceros fronde lineari triplicato-pinnata Hall. Stirp. 3. p. 67.

Anthoceros folio tenuissimo diviso. Dill. Musc. 477. T. 68. f. 4.

Incolit Alsatix & Palatinatus declivos umbrosos.

3. **ANTHOCEROS** *laevis* fronde sinuata integra obtusa.

An-

Anthoceros frondibus indivisis lævibus. Syst. Nat. 708. Sp. Pl. 1606. Crantz. jnst. 67. Gort. Belg. 323. Hall. Stirp. 3. p. 67.

Anthoceros foliis majoribus minus laciniatis. Dill. Musc. 476. T. 878. f. 2. Mich. Gen. II. T. 7. f. 1.

Lichen hepaticus pediculis gramineis Buxbaum. Cent. 1. p. 40. T. 61. f. 1.

Incolit Flandriæ & Lotharingiæ graminea arenosa.

LICHEN.

A* *Crustacei tuberculiferi.*

1. LICHEN *scriptus* cinereo albidus : lineolis characteriformibus divaricatis.

Lichen leprofus albicans : lineolis nigris characteriformibus. Act. Palat. Tom. 11. 448. Fl. Gallobelg. 500. Syst. Nat. 208. Sp. Pl. 1606. Crantz. jnst. 68. Weis. Cryptog. 37. Huds. Angl. 442. Kram. Elench. 297. Gort. Belg. 324. Weig. Rugic. 201. Wich. Gryphic. 135. Grimm. Isenac. 132.

Lichen crustaceus tuberculis sessilibus in lineas ordinatis. Scop. Carn. 77.

Lichen de rimis efflorescens bivalvis ater characteristicus. Hall. Stirp. 3. p. 101.

Li-

Lichenoides crustacea tenuissima peregrinis
veluti litteris inscripta. *Dill. Musc.* 128.
T. 18. f. 1.

Incolit Europæ arborum juniorum cortices.

2. LICHEN *geographicus* flavicundus mappi-
formis : lineolis ramosis , punctis atris
intermixtis.

Lichen leprosus flavescens lineolis nigris
mappam referens. *Fl. Gallobelg.* 500. *Syst.*
Nat. 709. *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. inst.* 68.
Weis. Cryptog. 38. *Huds. Angl.* 442. *Grimm.*
Isenac. 133. *Gort. Belg.* 324. *Weig. Ru-*
gic. 201. *Leys. Hall.* 206. *Mull. Frid.* 210.
Oeder. Danic. fasc. 7. T. 468. f. 1.

Lichen crusta inseparabili flava , scutellis
nigris fluentibus. *Hall. Stirp.* 3. p. 99.

Lichen crustaceus saxatilis luteus lineis
nigris varius. *Mich. Gen.* 97.

Lichenoides nigro-flavum tabulæ geogra-
phicæ instar pictum. *Dill. Musc.* 126. T.
18. f. 5.

Incolit Gallix scopulos apricos.

3. LICHEN *rugosus* albidus : punctis lineolis-
que aggregatis atris.

Lichen leprosus albicans lineolis simplicibus
punc-

punctisque atris confertis. *Fl. Gallobelg.* 501. *Syst. Nat.* 709. *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. jnst.* 69. *Weis. Cryptog.* 41. *Huds Angl.* 442. *Gort. Belg.* 324. *Mull. Frid.* 210. *Grimm. Ijenac.* 133. *Wilck. Gryph.* 135. *Weig. Rugic.* 201.

Lichen subrubellus minimus scutis in faxum immerfis. *Hall. Stirp.* 3. p. 107.

Lichenoides punctatum & rugosum nigrum. *Dill. Musc.* 125. T. 18. f. 2.

Incolit arborum cortices Europæ.

4. LICHEN *carpineus* cinereus : tuberculis pertufis confertis. *Att. Pal.* Tom. 11. 448.

Lichen cinereus tuberculis rugofis. *Fl. Gallobelg.* 501. *Crantz. jnst.* 69. *Weis. Cryptog.* 42. *Wilck. Gryphic.* 135. *Weig. Rugic.* 202.

Lichenleprofus verrucis subteffelatis lævigatis pertufis poro uno alterove cilindrico. *Lin. Mantiff.* 131.

Lichen crustaceus cinereus , scutellis virefcentibus. *Huds Angl.* 445.

Lichen cruftra verrucofa , areis polygoniis punctiferis. *Hall. Stirp.* 3. p. 98.

Lichenoides verrucosum & rugosum cinereum glabrum. *Dill. Musc.* 128. T. 18. f. 9. Li-

Lichenoides crustaceum tenuissimum cinereo-rugosum capsulis exiguis crebris. *Mich. Gen.* 106. T. 56. f. 2. & ord. 32. Tab. 52.

Incolit Europæ saxa arboreſque.

5. LICHEN *calcareus* albidus tuberculis atris. *Syst. Nat.* 709. *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. jnst.* 69. *Weis. Cryptog.* 40. *Huds. Angl.* 442. *Kram. Elench.* 297. *Leyf. Hall.* 206. *Mull. Frid.* 210. *Grimm. Isenac.* 134.

Lichenoides tartareum tinctorium: tuberculis atris *Dill. Musc.* 128. T. 18. f. 8.

Incolit Europæ rupes.

6. LICHEN *ventosus* luteus tuberculis rubris. *Syst. Nat.* *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. jnst.* 69. *Incolit Palatinatus jugum montium.*

7. LICHEN *sanguinarius* albidovireſcens tuberculis nigris. *Fl. Gallobelg.* 501. *Syst. Nat.* 709. *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. jnst.* 69. *Gort. Belg.* 324. *Huds. Angl.* 442. *Kram. Elench.* 297. *Wilck Gryphic.* 135. *Weig. Rugic.* 201. *Mull. Frid.* 210. *Leyf. Hall.* 206. *Grimm. Isenac.* 133.

Lichen crusta farinacea virescens; scutellis atris. *Hall. Stirp.* 3. p. 100.

Li-

Lichenoides leprosum crusta cinereo-virescente tuberculis nigerrimis. *Dill. Musc.*

126. T. 18. f. 3. *Ray. Syn.* 71.

Incolit Germaniæ saxosa.

8. LICHEN *ericetorum* albidus: tuberculis plano-convexis sessilibus stipitatisve.

Lichen leprosus candidus tuberculis carnis. *Att. Palat.* Tom. 11. 448. *Fl. Gal-*

lobelg. 502. *Syst. Nat.* 209. *Sp. Pl.* 1608.

Crantz. jnst. Weis. Cryptog. 44. *Gort. Belg.*

325. *Huds. Angl.* 443. *Kram. Elench.* 297.

Wulff. Boruss. 42. *Wilck. Gryphic.* 85.

Weig. Rugic. 203. *Mull. Frid.* 210. *Leys.*

Hall. 206. *Oed. Dan. fasc.* 7. T. 472. f. 4.

Grimm. Isenac. 134.

Lichen crusta tenace verrucosa albida fungis incarnatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 97.

Lichen crustaceus albicans tuberculis stipitatis, *Scop. Carn.* 76.

Coralloides fungiforme carneum basi leprosa. *Dill. Musc.* 76. T. 14. f. 1. *Catal. Giff.*

205. *Ray Syn.* 70.

Incolit Europæ ericeta aprica sabulosa locaque glareosa.

9. LICHEN *fuscoater* fuscus tuberculis atris

D

Syst.

Syst. Nat. 709. *Sp. Pl.* 1607. *Crantz. inst.*
69. *Weis. Cryptog.* 39. *Wilck Gryph.* 135.
Weig. Rugic. 201. *Mull. Frid.* 210. *Gort.*
Belg. 325. *Huds. Angl.* 442.

Incolit rupea Germaniæ.

B * *Crustacei scutelliferi.*

10. LICHEN *fagineus albicans* : scutellis concoloribus difformibus.

Lichen albus scutellis albis farinaceis. *Fl. Gallobelg.* 502. *Syst. Nat.* 709. *Sp. Pl.* 1608. *Crantz. inst.* 69. *Weis. Cryptog.* 43. *Scop. Carn.* 79. *Gort. Belg.* 325. *Huds. Angl.* 445. *Weig. Rugic.* 203. *Wilck. Gryphic.* 235. *Mull. Frid.* 210.

Lichen verrucosus crustaceus albus : orbiculis concoloribus. *Hall. Stirp.* 3. p. 102.

Lichen crustaceus arboribus adnascens, farinaceus albus superficie in acetabulis pulverulentis efflorescente. *Mich. Gen.* 99.

Lichenoides candidum & farinaceum : scutellis fere planis. *Dill. Musc.* 131. T. 18. f. 11.

Incolit ulmos, fagos similesque Europæ.

11. LICHEN *parellus albidus rugoso calcareus* : scutellis irregularibus concoloribus.

Li-

Lichen crustaceus albus peltis concavis obtusis pallidis. *Syst. Nat.* 710. *Mantiss. Pl.* 132.

Lichen verrucosus tenax albus scutellis excavatis marginatis concoloribus. *Hall. Stirp.* 3. p. 97.

Lichenoides leprosum tinctorium scutellis lapidum cancri figura. *Dill. Musc.* 130. T. 18. f. 10.

Incolit Gallize saxosa.

12. LICHEN *fulvus* fronde subrotunda : germinante asperiuscula, primordialibus nudis crustaceo-pulverulentis.

Lichen crustaceus flavus : scutellis fulvis. *Att. Palat.* Tom. 11. 449. *Fl. Gallobelg.* 502.

Lichen crustaceus flavus , scutellis luteis. *Syst. Nat.* 709. *Sp. Pl.* 1608. *Weis. Cryptog.* 46. *Crantz. inst.* 70. *Gort. Belg.* 325. *Kram. Elench.* 398. *Wilck. Gryphic.* 136. *Weig. Rugic.* 202. *Leyf. Hall.* 206.

Lichen crustaceus luteo-virescens scutellis flavis. *Huds. Angl.* 445.

Lichen crustaceus flavus , scutellis sessilibus planis. *Scop. Carn.* 81.

Lichen fronde laciniata rotunde lobata flava concolore. *Hall. Stirp.* 3. p. 93.

Lichen crustaceus faxatilis crusta tenuiore
flava receptaculis florum saturo aureis
Mich. Gen. 97.

Lichenoides crustosum orbiculis & scutellis
flavis. *Dill. Musc. 236. T. 18. f. 18.*

Incolit Europæ rupea & murorum parietes.

Obs. Cum senescit frons, substantiam e medio rigidiusculam glomeratim aggregatam emittit, quæ primum germinationis gradum denotat (g). Si per lentem aspiciatur plantæ superficies, aliquo temporis intervallo elapso, tuberculosa reperies corpuscula, quæ ex observationibus frequentissimis nostris in frondulas convertuntur.

13. **LICHEN ochroleucus rugosus** obscure flavescens: scutellis rubris planiusculis.

An ? lichen crustaceus tartareus, glaucus scutis difformibus planis ruberrimis. *Wall. Stirp. 3. p. 98.*

An ? lichen crustaceus cinereus: scutellis immerfis rubris. *Scop. Carn. 85.*

Incolit Palatinatus scopulos umbrosos.

14. LICHEN *subfuscus rugosus subcinereus*:
scutellis subfuscis margine crenulatis.

Lichen crustaceus albicans: scutellis subfuscis margine subcrenato. *Fl. Gallobelg.* 503. *Syst. Nat.* 710. *Sp. Pl.* 1609. *Crantz. inst.* 70. *Weis. Cryptog.* 48. *Gort. Belg.* 325. *Huds. Angl.* 444. *Scop. Carn.* 82. v. e. *Weig. Rugic.* 202. *Mull. Frid. Leys. Hall.* 206. *Grimm. Isenac.* 134.

Lichen crusta tenace, verrucosa, cinerea; scutellis ruffis marginatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 98.

Lichen crustaceus arboribus adnascens ex cinereo-albicans receptaculis florum rubris subfuscis, limbo albo crenato. *Mich. Gen.* 97.

Lichenoides crustaceum leprosum scutellis subfuscis. *Dill. Musc.* 134. T. 18. f. 16.

Incolit Europæ arborum cortices.

- β. Lichen (nigricans) albidus rugosus scutellis atris margine cinereo lævi. *Aff. Pat. Tom. II.* 449. *Fl. Gallobelg.* 504.

Lichen crustaceus albicans; scutellis rugosis nigris. *Huds. Angl.* 445. *Weis. Cryptog.* 49. v. a.

Lichen crusta glauca verrucosa tenace. *Hall. Stirp.* 3. p. 99.

Lichen crustaceus leprosus, scutis nigricantibus. *Vaill. Paris.* 116.

Lichen crustaceus verrucosus albicans, scutellis atris sessilibus planis, margine albo
Scop. Carn. 82. v. f.

Lichenoides crustaceum & leprosum, scutellis nigricantibus. *Dill. Musc.* 133. T. 18. f. 15. *Ray Syn.* 71.

Incolit arborum radices aliaque Europæ loca.

15. LICHEN *pallefcens* fronde germinante suborbiculari : scutellifera difformi, primordialibus nudis granulosis viridulis.

Lichen crustaceus albicans : scutellis pallidis. *Fl. Gallobelg.* 503. *Syst. Nat.* 710. *Sp. Pl.* 1608. *Crantz. jnst.* 70. *Huds. Angl.* 444. *Weis. Cryptog.* 47. *Wilck. Gryphic.* 136. *Weig. Rugic.* 202. *Leyf. Hall.* 206.

Lichen fronde laciniata appressa cervina colore. *Hall. Stirp.* 3. p. 93.

Lichenoides crustosum orbiculare incanum. *Dill. Musc.* 135. T. 18. f. 17.

Incolit Europæ murorum parietes nec non arborum cortices.

Obs. Individuum utrumque in scutelliferum ac fariniferum a *Dillenio* distinctum, planta eadem

dem est, quæ ætatis ratione permutationes subit.

C* *Crustacei scyphiferi.*

16. LICHEN *pixidatus* scypho crenulato tuberculis fessilibus stipitatisve.

Lichen scyphifer simplex crenulatus: tuberculis fuscis. *Fl. Gallobelg.* 517. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1619. *Crantz. juss.* 76. *Gort. Belg.* 332. *Krem. Elench.* 300. *Huds. Angl.* 456. *Wilck. Gryph.* 137. *Weig. Rug.* 205. *Leyf. Hall.* 210. *Mull. Frid.* 214. *Grimm. Isenac.* 136.

Lichen scypho infurdibuliformi simplici. *Hall. Stirp.* 3. p. 72.

Lichen coralloides caule simplici pixidato nudo, marginibus integerrimis. *Weis. Cryptog.* 84. v. a. b. *Scop. Carn.* 86. v. 5. 8. 9.

Lichen *pixidatus* major. *Vaill. Paris.* 115. T. 21. f. 8. *Mich. Gen.* 82. T. 42. f. 1.

Coralloides scyphiforme tuberculis fuscis. *Dill. Musc.* 79. T. 14. f. 6. a. b. c. d.

Incolit sylwosa sabulosa Europæ.

β. Lichen (fimbriatus) stipite cilindrico scyphifero: scyphis margine denticulatis acutis.

Lichen scyphifer simplex denticulatus: stipite

pite cilindrico. *Fl. Gallobelg.* 518. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1619. *Crantz. inst.* 77. *Gort. Belg.* 332. *Huds. Angl.* 456. *Weig. Rug.* 206. *Mul. Frid.* 214. *Leys. Hall.* 210. *Grimm. Isenac.* 136.

Lichen scyphiger infundibulis ferratis. *Hall. Stirp.* 3. p. 72. n. 1915. 1916.

Lichen coralloides caule simplici pixidato nudo marginibus ferratis. *Scop. Carn.* 87. n. 6.

Lichen pixidatus minor *Vaill. Paris.* 115. T. 21. f. 6.

Coralloides scypliforme gracile marginibus ferratis. *Dill. Musc.* 84. T. 14. f. 8.

Incolit eadem loca ac praecedens.

17. LICHEN *gracilis* stipite scyphifero filiformi simplici ramosoque: scyphis denticulatis.

Lichen scyphifer ramosus denticulatus filiformis. *Fl. Gallobelg.* 518. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1619. *Crantz. inst.* 77. *Gort. Belg.* 333. *Huds. Angl.* 437. *Wilch. Gryph.* 138. *Weig. Rugit.* 206. *Weis. Cryptog.* 93. v. h. *Leys. Hall.* 210. *Grimm. Isenac.* 136.

Lichen infundibulis proliferis & corniculatis erectis. *Hall. Stirp.* 3. p. 76.

Li-

Lichen pixidatus corniculis aduncis. *Mich.*
Gen. 80. T. 2.

Corolloides scyphiforme ferratum elatius cau-
 libus gracilibus glabris. *Dill. Musc.* 88. T.
 14. f. 13.

Isdem locis ac præcedens.

β. Lichen (exiguus) stipite simplici ramofo-
 que filiformi : scyphis integerrimis. *Fl.*
Gallobelg. 518.

Lichen scyphifer simplex integerrimus fili-
 formis, tuberculis fuscis. *Huds. Angl.* 456.

Lichen corniculo simplici, apice depresso
 scutellato. *Haller. Stirp.* 3. p. 71.

Lichenoides tubulosum exiguum pixidatum
 fusco-virens. *Ray. Syn.* 70.

Coralloides scyphis gracilibus tubiformibus
 pedicularis folio. *Dill. Musc.* 85. T. 14. f. 10.

Incolit sylvatica montosa Europæ.

18. LICHEN *cocciferus* stipite cilindrico scy-
 phifero : scyphis integerrimis.

Lichen scyphifer simplex integerrimus sti-
 pite cilindrico tuberculisque coccineis.
Fl. Gallobelg. 519. *Syst. Nat.* 712. *Sp. Pl.*
 1618. *Crantz. just.* 76. *Weis. Cryptogom.*
 v. f. *Gert. Belg.* 332. *Kram. Elench.* 300.

D 5

Huds.

Huds. Angl. 455. *Weig. Rugic.* 205. *Wilch. Gryph.* 137. *Leyf. Hall.* 210. *Mull. Frid.* 214.

Lichen infundibulis proliferis fungulis coccineis. *Hall. Stirp.* 3. p. 74. n. 1927. n. 1928.

Lichen coralloides caulo simplici pixidato marginibus tuberculosis, tuberculis coccineis. *Scop. Carn.* 88. n. 10, 11, 12.

Lichen pixidatus acetabulorum oris coccineis & tumentibus. *Vaill. Paris.* 115. T. 21. f. 4. *Mich. Gen.* 82. T. 4. f. 3. 4.

Coralloides scyphiforme tuberculis coccineis. *Dill. Musc.* 82. T. 14. f. 7.

Incolit Ericeta aprica Europæ.

β. Lichen (cornucopioides) stipite simplici scyphis margine tuberculatis foliatisque.

Lichen scyplifer simplex folio brevior tuberculis coccineis. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1619. *Grantz. jnst.* 76. *Huds. Angl.* 456. *Leyf. Hall.* 210.

Lichen infundibulis proliferis foliosis & fungosis. *Hall. Stirp.* 3. p. 74.

Lichen coralloides caule simplici marginibus foliatis. *Scop. Carn.* 90.

Lichenoides pixidatum marginibus eleganter foliatis. *Ray. Syn.* 69.

Co-

Coralloides scyphiforme marginibus radiatis & foliatis. *Dill. Musc.* 85. T. 14. f. 9.

19. **LICHEN** *cornutus* stipite subnudo difformi subventricoso : scyphis proliferis.

Lichen scyphifer simpliciusculus subventricosus : calicibus integris. *Fl. Gallobelg.* 519. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1620. *Crantz. just.* 77. *Weisf. Cryptogam.* 86. v. c. *Gort. Belg.* 333. *Huds. Angl.* 458. *Weig. Rugic.* 206. *Mull. Frid.* 214. *Leyf. Hall.* 210.

Lichen cornubus simplicissimis acutis farinosus. *Hall. Stirp.* 3. p. 70. n. 1902, 1903.

Lichen coralloides caule subulato bifido. *Scop. Carn.* 90. n. 18, 19, 20.

Lichen cinereus proboscideus & corniculatus ut plurimum non ramosus. *Mich. Gen.* 81. n. 12, 13, 14.

Coralloides vix ramosum scyphis obscuris *Dill. Musc.* 90. T. 15. f. 14, 16.

Incolit sylvatica montosa Palatinatus.

20. **LICHEN** *digitatus* stipite crustaceo, ramoso : ramulis terminalibus palmatis tuberculatisque.

Lichen scyphifer ramosissimus : ramis cylindricis calicibus integris nodosis. *Syst. Nat.*

Nat. 713. *Sp. Pl.* 1620. *Crantz. juss.* 77.
Weis. Cryptog. 91. *Gort. Belg.* 333. *Hudf.*
Angl. 457. *Mull. Frid.* 214.

Lichen infundibulis palmatis fungulis cocci-
 neis. *Hall. Stirp.* 3. p. 75.

Lichen coralloides caulo ramoso ; ramis in
 tubercula coccinea desinentibus. *Scop.*
Carn. 92. n. 26.

Lichen coralloides tubulosus cinereus minor
 parum ramosus, receptaculis florum coc-
 cineis. *Mich. Gen.* 80.

Lichenoides coralliforme apicibus coccineis.
Ray. Syn. 68.

Coralloides ramulosum, tuberculis coccineis.
Dill. Musc. 95. T. 15. f. 19.

Incolit Europæ sylvatica sabulosa.

Obs. Lichenes hujus subdivisionis simplices,
 complicati nudi vel foliati deprehenduntur.
 Sola & unica species a principio creata, ex qua
 reliqui orti sunt scyphiferi juxta Scopolianam
 sententiam (h). In numerosa muscorum fa-
 milia speciem ac varietatem aliter accipimus.
Per speciem individuum quodcunque intelli-
 gimus, per se ipsum prolem perpetuans nec in
 alium

(h) *Fl. Carn.* 95.

alium permutans. Peculiari proprioque caractere a congeneribus discrepat. Copiosioribus partibus licet compositum sit, nec minus realem stabilemque constituit speciem. Hypnum *compressum* v. g. persæpe proliferum evadit, ut non exercitatus pro diversa specie facile habeat (1). Nollemus dicere variare, quia a temporis spatio & ab ætate plantæ hoc dependet. Abusive ergo varietatem speciem omnem vocamus, cujus status naturalis in complicatum, vegetatione continua, convertitur. Hac regula jungermaniis, Bryis, Hypnis similibusque in cæspite sumptis, cæspes ipsorum est quoque varietas furculorum partialium: hinc musci omnes variabunt, nullumque in iis discrimen erit speciale. Unicum collationis exemplum afferemus, quod observationem nostram luculenter firmabit. Lichen *gracilis* speciem (1): sua complicatio (2) varietatem exhibet ex opinione recepta. Conferatur bryum *scoparium* (3) cum nominato lichene (4), uterque speciem suam constituet. Evolutione Bryi continuante,

(si

(1) V. Tab. f. 10.

(1) *Dill. Musc.* T. 14. f. 13. litt. a.(2) *Ibid.* L. C. b. e.(3) *Ibid.* T. 46. f. 16. litt. a.(4) *Ibid.* T. 14. f. 13. litt. a.

(si temere & casu destructa non sit planta) complicatum reddetur (5). Ergo complicationem hanc ejusdem plantæ (6) esse varietatem uti in lichene (7) dicendum erit. Immo arbor triennis divisis subdivisisque ramis constans, ejusdem annotinæ varietas erit. His exemplis manifestus error patet, cum pro varietate adultiorem plantam habemus. Si peculiarem notam muscis omnibus subministrasset natura, qua naturalis status a complicato distinctus fuisset, horum generationes plures inter se nexas per furculos (k) æque ac arborum zeta-tem per circulos concentricos, numeraremus. *Per varietatem* unicum plurave intelligimus individua, quorum similitudo cum specie tanta est, ut ab illa vix differant. Nec credas tamen muscorum varietates procreari sicuti reliquarum classium varietates per copulam individuorum diversorum. Muscorum individua *per feminis analogon* s. propriissimæ plantæ compendium sine amplexu conjugali progignuntur. Quum ipsa paucissimas nec distinguibiles ad-
mit-

(5) Ibid. T. 46. f. 16. litt. b. c. d.

(6) Ibid. L. C, litt. a.

(7) Ibid. T. 14. f. 13. litt. b. e.

(k) *Aff. Palat.* Tom. II, 437. *Dill. Musc.* T. 54. f. 1. litt. f. g. h. i.

mittunt partes, mirum non est individua plura speciei esse affinia.

D * *fruticuliformes.*

21. LICHEN *ceranoides* fronde tereti aculeata, alis perforata lævi ventricosa: ramulis terminalibus subradiatis.

Lichen fruticulosus alis perforatus ventricosus ramulis terminalibus spinulo-radiatis. *Fl. Gallobelg.* 521.

Lichen fruticosus lævi perforatus spinosus; ramulis punctiferis. *Hall. Stirp.* 3. p. 79.

Lichen coralloides tubulosus, albidus major & mollior, caulibus crassioribus minus ramosis, receptaculis florum perexiguis rufescentibus. *Mich. Gen.* 79. T. 40. f. 2.

Lichenoides tubulosum caulibus mollioribus & crassioribus majus. *Ray. Syn.* 67. Coralloides perforatum majus molle. *Dill. Musc.* 98. T. 15. f. 21, 22.

Incolit Gallizæ, Lotharingæ, Alsatizæ ericetæ ficca.

Obs. Quem lichenem *uncialem* pro diversa planta cum botanicis olim habuimus, nostra species est, quæ temporis spatio, tempestatis plu-

64 MUSCI Frondescentes.

pluvialis folive ratione, crassior, ramosior alti-
orque fit ex observationibus nostris.

22. LICHEN *spinofus* fronde tereti ramosa re-
trorsum aculeata : ramulis acutis tubercu-
latisque.

Lichen fruticulofus tubulosus ramosissimus
spinofus : ramulis tuberculatis subdigita-
tis. *Huds. Angl.* 459.

Lichen fruticosus vage ramosus , foliosus ,
extremis ramis palmatis fungiferis. *Hall.*
Stirp. 3. p. 77.

Lichen coralloidis , caule ramofo ; ramis re-
curvis in tubercula exigua desinentibus.
Scop. Carn. 93. n. 27.

Lichen coralloides tubulosus major monta-
nus e cinereo-viridi rufescens , caulibus
recurvis nonnihil foliosis inordinate di-
spofitis , receptaculis florum crassioribus
rufescentibus. *Mich. Gen.* 80. T. 40. f. 5.

Coralloides sparsum caulibus tortuosis & spi-
nosis. *Dill. Musc.* 101. T. 16. f. 25.

Incolit Italix & Anglix , *ericeta montana.*

23. LICHEN *cornucervi* fronde ramosa nuda
foliataque : ramulis dichotomis acutis tu-
berculiferis.

Li-

Lichen caule fruticoso subfolioso, ramis ascendentibus repetito bifurcatis punctiferis. *Hall. Stirp.* 3. p. 78.

Lichen coralloides, caule ramoso: ramis erectis plurimis sparsis in tubercula exigua & fusca desinentibus. *Scop. Carn.* 93. n. 28. 30.

Lichen fruticulosus ramosus tubulosus ramis erectis furcatis. *Huds. Angl.* 458.

Lichen pixidatus & corniculatus cinereus pulverulentus corniculis brevioribus. *Mich. Gen.* 81. n. 5. p. 80. n. 12. 13.

Coralloides corniculis brevioribus & crebrioribus. *Hist. Musc.* 104. T. 16. f. 27. a. b. c. d. e.

Incolit Germaniæ & Galliæ loca montosa.

β. Lichen (subulatus) fronde subulata subnuda ramosiuscula dichotoma: ramis subulatis tuberculiferis.

Lichen fruticulosus subulatus dichotomus: ramis simplicibus subulatis. *Fl. Gallobelg.* 520. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1621. *Crantz inst.* 78. *Weis, Cryptog.* 97. *Gort. Belg.* 335. *Huds. Angl.* 459. *Wilck. Gryphic.* 138. *Weig. Rugic.* 206. *Wulff. Boruss.* 40. *Leyf. Hall.* 211. *Mull. Frid.* 215. *Grimm. Isonac.* 137.

66. MUSCI Frondescentes.

Lichen caule fruticoso erecto, ramis adscendentibus dichotomis. *Hall. Stirp.* 3. p. 78.

Lichenoides tubulosum cinereum minus crustaceum & ramosum. *Ray. Syn.* 67.

Coralloides corniculis longioribus & rarioribus. *Hist. Musc.* 102. T. 16. f. 26.

Incolit Europæ sylvatica sicca.

24. LICHEN *paschalis* fronde ramosa crustaceis foliolis tecta: ramulis tuberculatis.

Lichen fruticulosus solidus tectus foliolis crustaceis. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1621. *Crantz. inst.* 78. *Weis. Cryptog.* 98. *Grimm. Isenac.* 137. *Huds. Angl.* 460. *Wulff. Bo-russ.* 41. *Mull. Frid.* 215. *Oeder. Danic. fasc.* 3. 151. *Leyf. Hall.* 211.

Lichen caule fruticoso fungifero, verrucis calcariis tecto. *Hall. Stirp.* 3. p. 79.

Lichen alpinus glaucus ramosus botrioides. *Scheuchz itin.* 11. p. 137. T. 19. f. 4.

Lichen cinereus fruticosus saxatilis, racemulis feminum undique obtectus, receptaculis nigricantibus. *Mich. Gen.* 78. T. 53. f. 5. 6. 7.

Lichenoides non tubulosum cinereum ramosum totum crustaceum. *Ray. Syn.* 66.

Co-

Coralloides crispum & botriforme alpinum.

Hist. Musc. 114. T. 17. f. 33.

Incolit Europæ alpina, sylvatica &c.

α5. LICHEN *globiferus* fronde tereti ramosa:
tuberculis globosis cavis terminalibus.

Lichen fruticulosus solidus lævis: tuberculis
globosis cavis terminalibus. *Mantiss. Pl.*
133. *Syst. Nat.* 713.

Lichen fruticulosus ramosissimus solidus: ra-
mulis teretibus acutis furcatis tuberculis
globosis terminalibus. *Huds. Angl.* 460.

Lichenoides non tubulosum scutellis nigris
terminalibus. *Ray. Syn.* 66.

Coralloides cupressiforme capitulis globosis.

Hist. Musc. 117. T. 17. f. 35.

Incolit Cambriæ saxosa.

β. Lichen (fragilis) fronde tereti ramosa: ra-
mis obtusis.

Lichen fruticulosus solidus: ramulis tereti-
bus obtusis. *Syst. Nat.* 713. *Sp. Pl.* 1621.
Crantz. jnst. 78. *Huds. Angl.* 460.

Lichenoides non tubulosum ramosissimum
fruticuli specie. *Ray. Syn.* 65.

Coralloides alpinum corallinæ minoris facie.

Dill. Musc. 136. T. 17. f. 34.

Incolit Angliæ Montosa.

26. LICHEN *alpestris* fronde tereti, adulta ramossissima lævi alis perforata: ramulis nutantibus furcatis tuberculiferis.

Lichen fruticulofus perforatus ramosissimus ramulis nutantibus, *Fl. Gallobelg. 521. Syst. Nat. 713. Sp. Pl. 1620. Crantz. jnst. 77. Weis. Cryptog. 95. Gort. Belg. 334. Kram. Elench. 300. Hudsf. Angl. 458. Weig. Rugic. 206. Wulff. Boruss. 40. Mull. Frid. 214. Oeder. Danic. fasc. 3. T. 180.*

Lichen fruticosus farinosus furculis innumeris nutantibus. *Hall. Stirp. 3. p. 78. n. 1956. 1957.*

Lichen coralloides caule ramofo candido, extremitatibus patulis rufescentibus radiatis. *Scop. Carn. 94. n. 31. 32.*

Lichen coralloides tubulosus major, ramosissimus receptaculis rufescentibus perexiguis. *Mich. Gen. 79. T. 40. f. 1.*

Coralloides montanum fruticuli specie ubique candicans. *Hist. Musc. 107. T. 16. f. 29.*

- β. Lichen caule ramofo, alis perforatis, ramis capitatis. *Sp. Pl. 1621. Oeder. Dan. fasc. 3. T. 180.* Co-

Coralloides fruticuli specie, candicans, corniculis rufescentibus. *Hist. Musc.* 110. T. 16. f. 30.

Incolit Germaniæ & Angliæ ericeta montosa.

E * *Filamentiformes.*

27. **LICHEN** *floridus* fronde ramosa erecta tereti solida apice scutellifera : scutellis ciliatis.

Lichen filamentosus ramosus erectus : scutellis radiatis. *Fl. Gallobelg. app.* 567. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1624 *Weis. Cryptog.* 102. *Crantz. juss.* 80. *Gort. Belg.* 336. *Kram. Elench.* 300. *Wulff. Boruss.* 41. *Huds. Angl.* 463. *Scop. Carn.* 73. *Mull. Frid.* 214. *Leyf. Hall.* 211.

Lichen barbatus, ramis teretibus, furculis parallelis simplicibus, scutellis radiatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 81.

Usnea vulgatissima tenuior & brevior cum orbiculis. *Hist. Musc.* 69. T. 13. f. 13.

Incolit Europæ & Americæ septentrionales australesque regiones.

28. **LICHEN** *hirtus* fronde ramosissima lævi verrucosave tereti: verrucis farinaceis congestis sparsisque.

Lichen filamentosus ramosissimus erectus tuberculis farinaceis sparsis. *Fl. Gallobelg.* 522. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1623. *Crantz. inst.* 79. *Weis. Cryptog.* 101. *Gort. Belg.* 336. *Scop. Carn.* 74. *Huds. Angl.* 462. *Weig. Rug.* 207. *Mull. Frid.* 215. *Leys. Hall.* 211. *Grimm. Isen.* 137.

Lichen barbatus teretibus cauliculis : ramis simplicibus parallelis. *Hall. Stirp.* 3. p. 81.

Usnea vulgatissima tenuior & brevior sine orbiculis. *Hist. Musc.* 67. T. 13. f. 12.

Incolit arbores sepimentaue Europæ.

29. **LICHEN articulatus** fronde ramosissima tereti solida articulata : ramulis capillaceis.

Lichen filamentosus articulatus : ramulis tenuissimis punctatis. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1623. *Crantz. inst.* 80. *Scop. Carn.* 74. *Huds. Angl.* 462. *Wulff. Boruss.* 41.

Usnea capillacea & nodosa. *Hist. Musc.* 60. T. 11. f. 4.

Incolit Americæ & Europæ arbores.

30. **LICHEN vulpinus** fronde fastigiata erecta ramosissima lutea.

Lichen filamentosus erectus ramosissimus inæquali-angulosus. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1622.

1622. *Crantz. jnst.* 79. *Huds. Angl.*
462.

An? lichen ramosus aureus cauliculis planis lacunatis, ramis farinosis cornutis.
Hall. Stirp. 3. p. 81.

Usnea citrina capillacea fruticuli specie. Hist. Musc. 73. T. 13. f. 16.

Incolit Angliæ & Helvetiæ montosa.

31. LICHEN *barbatus* fronde pendula subarticulata longissima: verrucis lævissime sparsis.

Lichen filamentosus pendulus subarticulatus: ramis patentibus. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1622. *Crantz. jnst.* 79. *Weis. Cryptog.* 100. *Wulff. Boruss.* 41. *Wilck. Gryphic.* 138. *Weig. Rug.* 206. *Huds. Angl.* 461. *Mull. Frid.* 215. *Leyf. Hall.* 211.

Lichen barbatus trunco articulofo lævi: *Hall. Stirp.* 3. p. 81.

Usnea barbata loris tenuibus fibrosis. *Hist. Musc.* 63. T. 12. f. 6.

Incolit Norwegiæ & Helvetiæ alpina ad arbores.

32. LICHEN *plicatus* fronde pendula ramosissima tereti, implexa: scutellis lateralibus margine radiatis.

E 4

Li-

Lichen filamentosus pendulus : ramis implexis scutellis radiatis. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1622. *Crantz. jnst.* 78. *Scop. Carn.* 74. *Kram. Elench.* 301. *Wilck. Gryph.* 738. *Weig. Rug.* 207. *Huds. Angl.* 461. *Leyf. Hall.* 211. *Grimm. Isen.* 137.

Lichen teres pendulus exasperatus ramis descendentibus , scutellis radiatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 81.

Usnea vulgaris loris longis implexis. *Hist. Musc.* 56. T. II. f. I.

Incolit sylvatica sterilia Germaniæ.

33. LICHEN *jubatus* fronde pendula ramosa : filamentis compressis teretibusque verrucosis.

Lichen filamentosus pendulus : axillis compressis. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1622. *Crantz. jnst.* 79. *Weis. Cryptog.* 101. *Huds. Angl.* 461. *Weig. Rug.* 207. *Grimm. Isenac.* 137.

Lichen filamentosus pendulus tuberculis lateralibus innatis *Scop. Carn.* 74.

Lichen barbatus pendulus, filamentis nigris prolixis. *Hall. Stirp.* 5. p. 80.

Usnea jubata nigricans *Hist. Musc.* 64. T. I. 2. f. 7. *Incolit Europæ rupea, umbrosa.*

α.

β. Lichen (lanatus) fronde ramosissima tereti decumbenti-implexa siccitate rigida.

Lichen filamentosus ramosissimus decumbens implicatus opacus. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1623. *Crantz. inst.* 79. *Huds. Angl.* 461.

Lichen fruticosus minimus flexuosus, cauliculis nigris capillaceis. *Hall. Stirp.* 3. p. 88.

Usnea lanæ nigræ instar faxis adhærens. *Hist. Musc.* 66. T. 13. f. 6.

Incolit Europæ frigidæ saxosa.

34. LICHEN *chalibeiformis* fronde vaga ramosa filiformi decumbenti-flexuosa.

Lichen filamentosus ramosus divaricatus decumbens implicato-flexuosus. *Syst. Nat.* 714. *Sp. Pl.* 1623. *Crantz. inst.* 79. *Huds. Angl.* 462. *Weig. Rugic.* 207. *Mull. Frid.* 215. *Oeder. Danic. fasc.* 5. T. 262. *Leyf. Hall.* 211. *Grimm. Isenac.* 137.

Lichen fruticosus diffusus caulibus vagis flexuosis rigidis teretibus. *Hall. Stirp.* 3. p. 80.

Usnea rigida horsum versus extensa. *Hist. Musc.* 66. T. 13. f. 10.

Incolit Galliæ, Angliæ, Helvetiæ saxosa.

35. **LICHEN** *mollis* fronde articulata pendula
intus tomentosa : ramis furcatis compressis,
scutellis orbiculatis glabris.

Lichen filamentosus pendulus angulatus articu-
latus intus tomentosus : ramis diva-
ricatis peltis orbiculatis. *Syst. Nat.* 713.

Lichen ramosus lacunatus flaccidus. *Hall.*
Stirp. 3. p. 82.

Lichen filamentosus pendulus loris com-
pressis lacunosis glabris. *Scop. Carn.* 75.

Usnea mollis ramis longis compressis. *Hist.*
Musc. 62. T. 12. f. 5.

Incolit Germaniæ alpina.

F* *Foliacei umbilicati.*

36. **LICHEN** *densus* fronde ficitate fragili
lævi.

Lichen umbilicatus undique lævis. *Syst.*
Nat. 712.

Lichen foliaceus umbilicatus undique læ-
vis. *Sp. Pl.* 1618. *Crantz. just.* 76. *Wulff.*
Boruss. 39. *Huds. Angl.* 455. *Leyf. Hall.*
209.

Lichen fronde rotunde lobata, inferne ni-
gerrima glebosa. *Hall. Stirp.* 3. p. 88.

Lichen pulmonarius saxatilis e cinereo-fus-
cus

cus minimus. *Vaill. Parisf.* 116. T. 21.
f. 14.

Lichenoides coriaceum cinereum peltis atris
compressis. *Hist. Musc.* 219. T. 30. f. 117.

Lichenoides saxatile, foliis minus divisis ci-
nereo-fuscis. *Ray. Syn.* 73.

α. Lichenoides rugosum durum, pullum, pel-
tis atris verrucosis. *Dill. Musc.* 220. T. 30.
f. 118.

β. Lichenoides atrum, corii perfici instar ex-
asperatum. *Dill. Musc.* 220. T. 30. f. 119.
Incolit Europæ rupea.

37. LICHEN *pustulatus* fronde lobata fusca
subtus lacunata : furfure marginali con-
colore.

Lichen foliaceus umbilicatus subtus lacuno-
sus furfure nigro adspersus. *Syst. Nat.* 712.

Lichen foliaceus umbilicatus subtus lacuno-
sus *Sp. Pl.* 1617. *Crantz. jnst.* 75. *Gort.*
Belg. 331. *Huds. Angl.* 454. *Leyf. Hall.*
209. *Grimm. Isenac.* 137.

Lichen crustæ modo saxis adnascens verru-
cosus cinereus & veluti deustus. *Vaill.*
Parisf. 116. T. 20. f. 9.

Lichenoides pustulatum cinereum & veluti
am-

ambustum. *Hist. Musc.* 226. T. 30. f. 131.

Incolit Galliæ, Angliæ, & Alsatia saxosa.

38. LICHEN *velleus* fronde perampla sinuato-
crenata inferne villosissima.

Lichen foliaceus umbilicatus subtus hirsutissimus *Syst. Nat.* 712. *Sp. Pl.* 1617.

Crantz. jnst. 75. *Huds. Angl.* 454.

Lichen fronde coriacea inferne pustulata, villosa, scutellis atris. *Hall. Stirp.* 3. p. 88.

Lichenoides coriaceum, latissimo folio umbilicato & verrucoso. *Hist. Musc.* 545. T. 82. f. 5.

Incolit Sueciæ & Angliæ rupea.

39. LICHEN *fucoides* fronde orbiculata, marginibus fimbriata, atrovirente, pellucida.

Lichenoides corneum marginibus eleganter fimbriatis. *Dill. Musc.* 218. T. 29. f. 116.

Incolit Angliæ saxosa.

40. LICHEN *miniatus* fronde complicata, lobata supra punctata.

Lichen foliaceus gibbus punctatus: subtus fulvus. *Syst. Nat.* 712. *Sp. Pl.* 1617. *Crantz,*

jnst. 75. *Scop. Carn.* 111. *Leyf. Hall.* 209. *Huds. Angl.* 454.

Li-

Lichenoides coriaceum nebulosum cinereum punctatum subtus fulvum. Hist. Musc. 223. T. 30. f. 127.

Incolit Italiæ & Helvetiæ *scopulosa*.

41. LICHEN *polyrrhizos* frondulis superne lacunatis subtus villosis.

Lichen umbilicatus polyphillus utrinque lævis polyrrhizos. Syst. Nat. 712. *Sp. Pl.* 1618. *Crantz. inst.* 76. *Huds. Angl.* 455. *Weis. Cryptog.* 81.

Lichen fronde imbricata subrotunda punctata inferne villosa, atris scutellis. Hall. Stirp. 3. p. 88.

Lichenoides pullum superne glabrum, inferne nigrum & cirrhosum. Hist. Musc. 226. T. 30. f. 130.

Incolit Europæ *saxa elata*.

42. LICHEN *polyphillus* frondulis imbricatis utrinque lævibus margine crenatis.

Lichen umbilicatus polyphillus undique lævis atrovirens crenatus. Syst. Nat. 712. *Sp. Pl.* 1618. *Crantz. inst.* 76. *Huds. Angl.* 455.

Lichen lapideus crispus utrinque coloris schistei. Hall. Stirp. 3. p. 88.

Li-

Lichenoides pullum tenne, foliis utrinque glabris. *Hist. Musc.* 225. T. 30. f. 129.

Incolit Angliæ & Helvetiæ scopulosa aprica.

G * *foliacei peltati.*

43. LICHEN *horizontalis* fronde repente sinuato-lobata peltata ac verrucata distincta: peltis marginalibus orbiculatis planis.

Lichen repens foliaceus planus lobatus, obtusus: peltis marginalibus orbiculatis. *Fl. Gallobelg.* 516.

Lichen coriaceus repens planus subtus avenus: peltis marginalibus horizontalibus. *Mantiss. Pl.* 132. *Syst. Nat.* 712. *Huds. Angl.* 453.

Lichen fronde rotunde lobata peltis planissimis. *Hall. Stirp.* 3. p. 86.

Lichen pulmonarius maximus, e cinereo rufescens inferne subruffus, receptaculis rubris ad latera oblongis. *Mich. Gen.* T. 44. f. 1.

Lichenoides subfuscum peltis horizontalibus planis. *Hist. Musc.* 205. T. 28. f. 104.

Incolit Galliæ, Alsatæ sylvas, nec non Palatinatus rupes & arborum radices.

44. LICHEN *caninus* fronde simplici obtusa sinuato-lobata subtus venoso-villosa : peltis ovatis adscendentibus.

Lichen foliaceus repens lobatus obtusus planus subtus venosus villosus : pelta marginali adscendente. *Fl. Gallobelg.* 516. *Syst. Nat.* 712. *Sp. Pl.* 1616. *Crantz. juss.* 75. *Weis. Cryptog.* 78. *Gort. Belg.* 331. *Huds. Angl.* 454. *Wilck. Gryph.* 137. *Weig. Rug.* 205. *Leyf. Hall.* 209. *Mull. Frid.* 213.

Lichen foliaceus repens subtus reticulato-venosus peltis marginalibus subrectis. *Scop. Carn.* 99.

Lichen fronde subrotunde lobata, inferne reticulata : peltis convexo-concavis. *Hall. Stirp.* 3. p. 85.

Lichen pulmonarius maximus e cinereo-rufescens, inferne subruffus, receptaculis rubris plano-orbiculatis. *Mich. Gen.* 84.

Lichen pulmonarius saxatilis digitatus *Vaill. Paris.* T. 21. f. 16.

Lichenoides digitatum cinereum lactucæ foliis sinuosis. *Hist. Musc.* 200. T. 27. f. 102. *Incolit sylvatica* Europæ.

45. LICHEN *rufescens* fronde lobata obtusa,
ave-

avenia margine sinuata subtus villosa:
peltis subrotundis.

Lichen fronde obtuse lobata superne verru-
cosa inferne villosa. *Hall. Stirp.* 86.

Lichen pulmonarius major inferne obscurus,
desuper e cinereo virescens; receptaculis
nigricantibus primum circinatis dein te-
retibus. *Mich. Gen.* 85. T. 44. f. 2.

Lichenoides digitatum rufescens, foliis la-
tuce crispis. *Hist. Musc.* 203. T. 27. f. 103.

Incolit Europæ Sylvas montosas.

Obs. Planta hæc certam cum præcedenti
similitudinem habet, ut primo intuitu non di-
stinguas. Si inter se comparentur, facile ta-
men pro duplici specie agnoscas. Recens planta
atrovirens, sicca in rufescentem colorem de-
generat. Lobi margine sinuati, plicato-invo-
luti, obtusissimi. Supina pars venis caret: pilis
cirrhosis, quibus notis a lichene *canino* distin-
guimus.

46. LICHEN *aphotus* fronde lobata repente
supra verrucata: peltis oblongis margina-
libus adscendentibus.

Lichen foliaceus repens, lobatus, obtusus
planus verrucis sparsis, pelta marginali
adscendente. *Syst. Nat.* 711. *Sp. Pl.* 1616.
Crantz.

Crantz. juss. 74. Weis. Cryptog. 80. Wilck. Gryph. 137. Weig. Rug. 205. Leys. Hall. 209. Grimm. Isenac. 135.

Lichen fronde obtuse lobata, superne verrucosa, inferne villosa. *Hall. Stirp. 3. p. 87.*

Lichen pulmonarius maximus verrucosus, superne e cinereo virescens inferne obscurus:receptaculis rubris circinatis. *Mich. Gen. 85.*

Lichenoides digitatum læte vires verrucis nigris notatum. *Hist. Musc. 207. T. 28. f. 106.*

Incolit Europæ Sylvatica Montosa.

Obs. Species hæc congeneribus tenerior, dilute virescens, & sicca ad lutescentem colorem vergens. Superficies punctis hinc inde spargitur fuscis, subrotundis. Singula per lentem spectata nihil aliud quam minorum punctorum aggregatio. Peltæ oblongæ, exterius atrorubicundæ, convolutæ. Inferior pagina albida: venis latiusculis, quas negat *Dillenius*. Venæ hæc filis, subatris simplicibus ramosisque cirrhosis terminantur.

47. LICHEN *resupinatus* fronde peltifera sinuata, latiore lobata distincta: verrucifera crispata, peltis posticis.

F

Li-

Lichen foliaceus repens lobatus: peltis marginalibus pelticis. *Syst. Nat.* 74. *Sp. Pl.* 1615. *Crantz. jnst.* 74. *Huds. Angl.* 453. *Mull. Frid.* 213.

Lichen pulmonarius major ex obscuro purpureus inferne ex albo rufescens; receptaculis rubris amplioribus ad latera oblongis. *Mich. Gen.* 86. T. 44. f. 1. 2.

Lichenoides fuscum peltis ferrugineis pelticis. *Hist. Musc.* 206. T. 28. f. 105.

Lichenoides saxatile fuscum, peltis in averfa foliorum superficie locatis. *Ray. Syn.* 77.

Obs. Individuo duplici constare videtur. Folia verruciferi minora & obtusiora: marginibus crispatis. Ipsa individui peltiferi latiora: peltis pelticis.

Incolit Europæ Sylvatica.

48. LICHEN *venosus* fronde simplici venosa decumbente: peltis planis orbiculatis.

Marchantia calice communi quinquefido hemisphærico, perichætio nullo. *Fl. Gallobelg. 486. Syst. Nat. 707. Sp. Pl. 1604. Crantz. jnst. 61. Fl. Gryph. 200. Hudf. Angl. 439. Weig. Rug. 200.*

Marchantia fronde crenata, pileolis conicis hirsutis. *Hall. Stirp. 3. p. 65.*

Hepatica media pileo hemisphærico. *Mich. Gen. 3. T. 2. f. 2.* Li-

Lichen pileatus parvus foliis crenatis. Dill.

Musc. 519. T. 75. f. 2.

*Incolit Italix, Gallix & Alſatix rupes um-
broſas.*

Obſ. Plantæ cavitates, in quibus conten-
tum eſt feminis analogon abſunt. Unico modo
ejus fit propagatio, per primordium ſ. frondis
compendium, quod marginem occupat, ex
noſtris obſervationibus.

ORDO SECUNDUS.

Polytrichum.

A * *Individuis ſtelliferis nullis.*

1. POLYTRICHUM *nanum acaule, foliis in-
tegrerrimis, capitulis ſubrotundis erectis
mucronatis ſtipite ſubflexuoſo.*

*Polytrichum caule ſimplici, capsula ſubro-
tunda foliis integerrimis. Scop. Carn. 134.
Hudſ. Angl. 400.*

*Polytrichum nanum capsulis ſubrotundis ga-
leritis aloes folio non ferrato. Dill. Muſc.
428. T. 55. f. 6. Vaill. Pariſ. T. 26. f. 15.
Mnium acaulon calyptra villoſa capsula
ſubrotunda foliis integerrimis. Hall. Stirp.*

3. p. 51.

Incolit Europæ Sylvatica arenosa.

H 4

Obſ.

Obs. Pro varietate polytrichi nostri *mioidis* olim habuimus. Capitula subrotunda, folia integerrima, individuum stellatum nullum, distinctissimam subministrant speciem.

2. POLYTRICHUM *urnigerum* : furculo ramossissimo fetis lateralibus, capitulo erecto acuminato.

Polytrichum caule ramofo pedunculis axillaribus. *Syst. Nat.* 700. *Sp. Pl.* 1573. *Crantz. inst.* 43. *Huds. Angl.* 400. *Oeder. Danic. fasc.* 5. T. 297. *Mull. Frid.* 197.

Polytrichum caule ramofo ex alis florifero, foliis ferratis capsulis cylindricis, *Hall. Stirp.* 3. p. 41.

Polytrichum caule ramofo, capsulis oblongis pedunculis lateralibus foliis cartilagineo-ferratis. *Scop. Carn.* 136.

Polytrichum ramofo fetis ex alis urnigeris. *Dill. Musc.* 427. T. 55. f. 5. *Vaill. Paris.* T. 28. f. 13.

Bryum caule ramossissimo pedunculis axillaribus calyptris pilosis. *Fl. Gallobelg.* 462. *Incolit Europæ radices montium.*

3. POLYTRICHUM *alpinum* : furculo ramossissimo, fetis terminalibus, capitulo ovato obliquo. Po-

Polytrichum caule ramosissimo, pedunculis terminalibus. *Syst. Nat.* 700. *Sp. Pl.* 1573.

Crantz. inst. 43. *Oeder. Danic. fasc.* 5. T. 296.

Polytrichum foliis ferratis capsulis ovatis basi turbinatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 43. T. 46. f. 6.

Polytrichum alpinum ramosum, capsulis e summitate ellipticis. *Dill. Musc.* 447. T. 55. f. 4.

Incolit alpes Germaniæ.

Polytricha bryodea.

4. **POLYTRICHUM striatum** : capitulo laterali ovato subsessili, foliis integerrimis exappendiculatis, primordialibus gemmifis.

Polytrichum caule ramoso pedunculis sparsis, calyptris sursum pilosis. *Scop. Carn.* 136. *Weis. Cryptog.* 175.

Polytrichum caule ramoso antheris subsessilibus terminalibus, calyptris sursumve pilosis. *Huds. Angl.* 401.

Polytrichum brii ruralis facie, capsulis sessilibus majus. *Dill. Musc.* 439. T. 55. f. 8. *Vaill. Paris.* T. 25. f. 5. 6.

Bryum antheris sessilibus sparsis calyptris

H 5

fria-

striatis sursumve pilosis. *Aff. Palat. Tom. I. p. 451. Fl. Gallobelg. 461. Syst. Nat. 701. Sp. Pl. 1579. Crantz. just. 46. Gort. Belg. 305. Wilck. Gryph. 130. Weig. Rng. 194. Leyf. Hall. 197. Mull. Frid. 199.*

β. *Polytrichum caule ramoso pedunculis brevissimis sparsis calyptris sursum pilosis. Scop. Carn. 136.*

Polytrichum brii ruralis facie, capsulis sessilibus minus. Dill. Musc. 431. T. 55. f. 9.

Bryum fetis brevissimis alaribus, calyptris villosis conicis. Hall. Stirp. 3. p. 40. Vaill. Paris. T. 27. f. 10.

γ *Polytrichum caule ramoso pedunculis longioribus sparsis calyptris sursum pilosis. Scop. Carn. 136. Weis. Cryptog. 177.*

Polytrichum crispum capillaceum calyptris acutis pilosissimis. Dill. Musc. 433. T. 55. f. 11. Vaill. Paris. T. 27. f. 9.

Bryum fetis brevissimis alaribus, calyptris cylindricis villosissimis. Hall. Stirp. 3. p. 40. Incolit Europæ scopulos, arboresque.

Obs. Hujus characterem specificum nec non synonyma invertit *Celeb. Hallerus*, varietatesque supradictæ pro distinctis speciebus habet.

Polytricha mniodea.

B * Individuo utroque distincto.

5. POLYTRICHUM pilosum furculo simplicissimo, foliis piliferis linearibus integerrimis, capitulis obliquis tetraedris.

Polytrichum quadrangulare minus, juniperi foliis pilosis. *Dill. Musc.* 426. T. 54. f. 3.
Vaill. Paris. T. 23. f. 7.

Mnium calyptra villosa foliis ferratis pilo aristatis, capsula quadrangula insidente disco. *Hall. Stirp.* 3. p. 51.

Incolit Europæ *ericeta montosa*.

Obs. Folia hujus ferrata facit *Celeb. Hallerus*, (i) quod observatio repugnat. *Cl. Weisii* (k) sententia cum nostra omnino quadrat. Folia integerrima sunt, quæ describimus ut recte admonuit *Dillenius* (l).

6. POLYTRICHUM mnioides acaule: foliis serrulatis, capitulis adultis erectis subcylindricis.

Po-

(i) *Stirp. Helv.* 3. p. 51.

(k) *Plant. Cryptogam.* 172.

(l) *Hist. Musc.* 426.

Polytrichum caule simplici, capsula cilindracea, foliis ferratis. *Scop. Carn.* 134.

Polytrichum parvum aloes folio serrato, capsulis oblongis. *Dill. Musc.* 429. T. 55. f. 7.

Mnium calyptra villosa. *Fl. Gallobelg.* 449. *Syst. Nat.* 700. *Sp. Pl.* 1576. *Crantz. jnst.* 45. *Wulff. Bor.* 55. *Leyf. Hall.* 196. *Mull. Frid.* 199.

Mnium calyptra villosa acaulon, foliis ferratis, capsulis cylindricis erectis. *Hall. Stirp.* 3. p. 51.

Incolit eadem loca præcedentis.

7. **POLYTRICHUM** *commune* furculo capitulifero simpliciusculo: stellifero annotino-articulato, capitulis adultis tetraedris obliquis.

Polytrichum caule simplici anthera parallelipeda. *Fl. Gallobelg.* 442. *Syst. Nat.* 700. *Sp. Pl.* 1573. *Crantz. jnst.* 42. *Weisf. Cryptog.* 168. *Scop. Carn.* 135. *Gort. Belg.* 301. *Kram. Elench.* 292. *Wulff. Boruss.* 55. *Wilck. Gryph.* 130. *Leyf. Hall.* 194. *Mull. Frid.* 197. *Grimm. Isenac.* 122.

Polytrichum vulgare quadrangulare juccæ foliis ferratis. *Dill. Musc.* 420. T. 54. f. 1. *Vaill. Paris.* T. 23. f. 8.

Mnium

*Mnium calyptris villosis, foliis serratis cap-
fulis quadrangulis disco infidentibus.* *Bux-
baum. Cent. 1. T. 62. f. 4.*

β. *Polytrichum quadrangulare juniperi fo-
liis brevioribus & rigidioribus.* *Dill. Musc.*
424. T. 54. f. 2, *Vaill. Paris. T. 23. f. 6.*
Oeder. Danic. fasc. 5. T. 295.

Incolit nemorosa uda Europæ.

Obs. Species a varietate distinguitur, parti-
bus plantæ omnibus majoribus. Surculorum
folia porrò in varietate numerosiora rigidio-
raque.

Splachnum.

1. **SPLACHNUM** *ampullaceum* surculo cæspi-
toso, foliis lanceolatis nitidis, appen-
dice capitulorum turbinato.

Splachnum umbraculo ampullaceo obovato.
Syst. Nat. 699. Sp. Pl. 1572. Crantz.
inst. 42. Oeder. Dan. fasc. 4. T. 192.

*Bryum ampullaceum foliis thymi pelluci-
dis, collo strictiore.* *Dill. Musc. 343. T. 45.*
f. 3. *Vaill. Paris. T. 26. f. 4.*

Incolit Europæ spongiosa paludosa.

2. **SPLACHNUM** *rubrum* surculo simplicif-
simo, appendice capitulorum orbiculato
hemisphærico. Splach-

Splachnum umbraculo orbiculari hemisphaerico. *Syst. Nat.* 699. *Amoen. Acad.* T. II. p. 272. Tab. 3. f. 2.

Muscus norwegicus umbraculo ruberrimo insignitus. *Dill. Musc.* 547. T. 83. f. 9.
Incolit Norwegiam & Sibiriam.

ORDO TERTIUS.

Jungermania.

*A * foliaceae f. simplicissimae.*

1. *JUNGERMANIA pinguis* sinuata, obtusiuscula ex lateribus capitulifera: primordialis convolutis linearibus frondosis.

Jungermania acaulis fronde sinuata foliacea pingui. *Att. Palat.* Tom. II. 448. *Fl. Gallo-belg.* 489. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1602. *Crantz. jnst.* 66. *Weis. Cryptog.* 107. *Scop. Carn.* 122. *Wilck. Gryph.* 120. *Huds. Angl.* 437. *Mull. Frid.* 208. *Grimm. Isenac.* 133.

Jungermania fronde foliosa, lacera ex latere florifera. *Hall. Stirp.* 3. p. 63.

Marfilæa media pinguis, pallide virens floribus majoribus nigricantibus ad foliorum latera egredientibus. *Mich. Gen.* 5. T. 4. f. 2.

Li-

Lichenastrum capitulis oblongis juxta foliorum divifuras enascentibus. *Hist. Musc.* 509. T. 74. f. 42.

Incolit Europæ declivos umbrosos.

• *Obs.* Vagina, quæ capitulum includit, cylindrica sex lineas longa. Capitulum terminale basi in stipitem æqualem subito attenuatur.

2. **JUNGERMANIA** *epiphylla* sublobata apice latior capitulo globofo: primordialibus frondosis obtuffiffimis marginalibus.

Jungermania acaulis foliolo frondi innato. *Fl. Gallobelg.* 567. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1602. *Crantz. inst.* 66. *Weif. Cryptog.* 106. *Gort. Belg.* 321. *Wulff. Boruff.* 45. *Hudf. Angl.* 437. *Wilck. Gryph.* 120. *Oeder. Danic. fasc.* 6. T. 359. *Mull. Frid.* 208.

Jungermania acaulis foliis reticulato-rugosis, thefis dorfalibus glabris divergentibus. *Scop. Carn.* 121.

Jungermania foliacea obtuse lobata ex medio florifera. *Hall. Stirp.* 3. p. 63.

Marfilæa major atrovirens, floribus albican-
tibus e foliorum medio egredientibus.
Mich. Gen. 5. T. 4. f. 1.

Lichenastrum capitulis rotundis e foliorum
medio

medio enascentibus. *Hist. Musc.* 508. T. 74. f. 41.

Incolit Europæ sylvatica uda f. ripas umbras.

Obs. Foliola f. lobuli marginem occupantes, germinatam ostendunt frondulam, qua propagatur planta.

3. **JUNGERMANIA** *furcata* lineari-ramosa, dichotoma basi capitulifera: primordialibus frondosis terminalibus.

Jungermania acaulis: fronde foliacea lineari-ramosa, apicibus obtuse furcatis. *Att. Palat.* Tom. 11. 448. *Fl. Gallobelg.* 488. *Syst. Nat.* 707. *Sp. Pl.* 1602. *Crantz. inst.* 66. *Weisf. Cryptogam.* 108. *Scop. Carn.* 123. *Wulff. Boruff.* 45. *Hudf. Angl.* 437. *Leyf. Hall.* 205. *Mull. Frid.* 208. *Grimm. Isenac.* 133.

Jungermania foliis linearibus dichotomis inferne floriferis. *Hall. Stirp.* 3. p. 64.

Marfilæa minima angustifolia, floribus nigricantibus ex inferiori foliorum parte, a subhirsuta turbinataque vagina. *Mich. Gen.* 5. T. 4. f. 4.

Lichenastrum tenuifolium furcatum, thesis globosis pilosis. *Hist. Musc.* 512. T. 74. f.

45. *Hepaticoides arborea globulifera.*
Vaill. Paris. 98. T. 23. f. 11.

Incolit Europæ arborum truncos rupesque.

Obs. Vaillantianam iconem Tab. 19. f. 3. cum
Jungermania nostra confundit *Celeb. Hallerus.*
 Icon hæc autem *Ricciam fluitantem* nec *Jun-*
germaniam furcatam exprimit.

4. **JUNGERMANIA** *multifida* : bipinnatifida
 basi capitulifera , primordialibus lineari-
 bus delicatulis frondosis.

Jungermania acaulis fronde bipinnatifida.
Fl. Gallobelg. 489. Syst. Nat. 707. Sp. Pl.
1602. Crantz. inst. 66. Weis. Cryptogam.
109. Hudsf. Angl. 437.

Lichenastrum ambrosiæ divisura. Hist. Musc.
511. T. 74. f. 43.

Incolit declivos nemorosos Angliæ , Flandriæ
& Palatinatus.

Obs. Species hæc quatuor ob staturam
 simplicem *frondescentibus* connectuntur. Ha-
 rum globulorum cruciformium similitudo ,
 ut a sequentibus *Jungermaniis* dijungantur ,
 non concedit.

B * *Pennatæ exauriculatæ.*

5. **JUNGERMANIA** *bispidata* : furculo pen-
 nato

• I

nato lineari-ramoso, medio capitulifero,
foliis bidentatis acutissimis.

Jungermania frondibus simpliciter pinnatis:
medio floriferis foliolis bidentatis. *Fl.*
Gallobelg. 490. *Syst. Nat.* 705. *Sp. Pl.* 1598.
Weis. Cryptog. 117. *Crantz. jnst.* 62. *Scop.*
Carn. 126. *Wilck. Gryph.* 119. *Huds. Angl.*
432. *Leyf. Hall.* 204. *Mull. Frid.* 206.

Jungermania foliis bifidis ex medio caule
crebro florifera. *Hall. Stirp.* 3. p. 62.

Jungermania minima repens, foliis bifidis
vaginae florum cylindrica. *Mich. Gen.* 9.
T. 6. f. 17.

Lichenastrum pinnulis acutissime bifidis mi-
nimum. *Dill. Musc.* 488. T. 70. f. 13.

Incolit Europæ umbrosa uda.

6. *JUNGERMANIA bidentata:* furculo pen-
nato apice globulifero, foliis bidentatis.

Jungermania frondibus simpliciter pinnatis
apice floriferis, foliolis bidentatis. *Fl.*
Gallobelg. 490. *Syst. Nat.* 705. *Sp. Pl.*
1598. *Crantz. jnst.* 62. *Scop. Carn.* 125.
Weis. Cryptog. 115. *Wulff. Boruss.* 43.
Wilck. Gryph. 119. *Huds. Angl.* 432. *Leyf.*
Hall. 204. *Mull. Frid.* 206. *Grimm. Ise-*
nac. 132.

An?

An? *Jungermania foliis bifidis in ramo florifero majoribus.* *Hall. Stirp.* 3. p. 62.

Jungermania major repens foliis bifidis. *Mich. Gen.* 8. T. 5. f. 12.

Hepaticoides polytrichi facie foliis bifidis major. *Vaill. Paris.* 99. T. 19. f. 8.

Lichenastrum pinnulis acutioribus & concavis bifidis. *Dill. Musc.* 487. T. 70. f. 11. 12. *Ray. Syn.* 113.

Iisdem locis ac praecedens.

7. **JUNGERMANIA lanceolata:** furculo pennato apice globulifero, foliis ovatis, obtusis integerrimis.

Jungermania frondibus simpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. *Fl. Gallobelg.* 566. *Syst. Nat.* 705. *Sp. Pl.* 1597. *Crantz. jnst.* 62. *Weisf. Cryptog.* 114. *Scop. Carn.* 126. *Huds. Angl.* 432. *Mull. Frid.* 206.

Jungermania foliis pinnatis ovatis confertis ex apice florifera. *Hall. Stirp.* 3. p. 61.

Jungermania palustris minima repens, foliis subrotundis densissimis laete viridibus. *Mich. Gen.* 8. T. 5. f. 6. 7.

Lichenastrum trichomanis facie minus ab

extremitate florens. *Dill. Musc.* 486. T. 70. f. 10.

Incolit sylvarum declivos ambrosos Europæ.

8. **JUNGERMANIA** *polyanthos*: furculo ramoso, pennato ex lateribus globulifero, foliis subrotundis integerrimis.

Jungermania frondibus simpliciter pinnatis, foliolis integerrimis, imbricatis convexis. Fl. Gallobelg. 566. *Syst. Nat.* 705. *Sp. Pl.* 1597. *Weisf. Cryptog.* 113. *Crantz. jnst.* 62. *Huds. Angl.* 430. *Grimm. Isenac.* 132.

Jungermania foliis pinnatis, ovatis ex caule florifera 60.

Jungermania palustris repens foliis densissimis ex rotunditate acuminatis. Mich. Gen. 8. T. 5. f. 5.

Lichenastrum trichomanis facie polyanthemum & repens. Dill. Musc. 486. T. 70. f. 9.

Incolit eadem loca præcedentis.

9. **JUNGERMANIA** *quinquedentata*: furculo pennato ramoso, apice globulifero, foliis quinquedentatis.

Jungermania frondibus pinnatis ramosis apice floriferis, foliolis quinquedentatis. Syst. Nat. 705. *Sp. Pl.* 1598. *Crantz. jnst.* 63. An?

An? *Jungermania caulibus convexis, foliis
decrepantibus imbricatis. Hall. Stirp. 3.
p. 59.*

*Muscoides terrestre repens, ex obscuro vi-
rescens foliis superioribus inferioribusque
ad apicem dentatis. Mich. Gen. 10. T. 6.
f. 2.*

*Lichenastrum multifidum majus ab apice
floreus. Dill. Musc. 494. T. 71. f. 23.*

Incolit Europæ sylvatica montosa.

*Obs. Surculi confertim nascuntur, plus mi-
nusve ramosi erectiusculi aut repentes. Folia
tridentata (raro quadridentata) basi angu-
stiora rachin amplexantia, superne concavi-
uscula, pellucida, porrigente rachi, remotius-
cula distinctioraque evadunt hæc folia. Peri-
chætia ex apice quandoque circiter e medio
furculorum, subtriquetra, quinquedentata li-
neam & ultra longa foliolis pluribus, ad basin
cinctis. Capitula in hac videre nec potuimus.*

10. *JUNGERMANIA asplenoides: furculo pen-
nato apice capitulifero, foliis obtusis re-
curviusculis marginæ subciliatis.*

*Jungermania frondibus simpliciter pinnatis:
foliolis ovatis subciliatis. Fl. Gallobelg.
492. Syst. Nat. 705. Sp. Pl. 1597. Crantz.*

jnst. 61. *Weisf. Cryptog.* 110. *Scop. Carn.* 226. *Gort. Belg.* 319. *Wulff. Bor.* 43. *Weig. Rug.* 199. *Leysf. Hall.* 204. *Grimm, Isaac.* 131.

Jungermania foliis pinnatis, subrotundis, serratis, ex apice florifera. *Hall. Stirp.* 3. p. 60.

Jungermania major foliis brevioribus & obtusioribus non dentatis. *Mich. Gen.* 8. T. 5. f. 3.

Lichenastrum asplenii facie pinnis laxioribus. *Dill. Musc.* 482, T. 69. f. 5. 6.

β . *Jungermania major altera, foliis subrotundis, tenuissime denticulatis.* *Mich. Gen.* 7. T. 5. f. 2.

Hepaticoides polytrichi facie *Vaill. Paris.* 99. T. 19. f. 7.

Lichenastrum asplenii facie pinnis confertioribus. *Dill. Musc.* 483. T. 69. f. 6.

Incolit Europæ sylvatica muscosa,

Obs. Hæsitamus nunc β speciei varietas sit, vel potius ipsissima species, cujus folia inter se magis approximantur, magisque rachin obtegunt pro junioris ætatis plantæ ratione,

11. **JUNGERMANIA** *viticulosa* : furculo pennato basi medioque capitulifero, foliis ovatis integerrimis.

Jun-

Jungermania frondibus simpliciter pinnatis, foliolis subulatis. Syst. Nat. 705. Sp. Pl. 1597. Crantz. just. 62. Weis. Cryptog. 112. Hudf. Angl. 431. Mull. Frid. 206.

Jungermania foliis pinnatis subrotundis ex caule florifera. Hall. Stirp. 3. p. 60.

Jungermania viticulis longis, foliis per exiguis densissimis ex rotunditate acuminatis. Mich. Gen. 8. T. 5. f. 4.

Lichenastrum trichomanis facie, e basi & medio florens. Dill. Musc. 484. T. 69. f. 7. Catal. Giff. 211. Ray Syn. 111.

Incolit sylvarum nuda Europæ.

C • *Pennatae auriculatas.*

12. *JUNGERMANIA albicans: surculo pennato, ramosisurculo apice capitulifero, foliis linearibus recurvis, supra auriculatis*

Jungermania frondibus supra bipinnatis apice floriferis, foliolis linearibus recurvatis. Fl. Gallobelg. 433. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1599. Crantz. just. 63. Weis. Cryptog. 122. Scop. Carn. 124. Wulff. Boruss. 44. Hudf. Angl. 434. Grimm, Isenac, 132.

Hepaticoides albescens foliis pinnatis. Vaill. Paris. 100. T. 19. f. 5.

Lichenastrum auriculatum, pinnulis angustis planis recurvis. *Dill. Musc.* 492. T. 71. f. 20. *Ray. Syn.* 112.

Incolit Europæ nemorosa.

13. **JUNGERMANIA** *nemorosa*: furculo pennato apice globulifero, foliis obovatis margine ciliatis, basi supra appendiculatis.

Jungermania frondibus supra bipinnatis apice floriferis foliolis ciliatis. *Fl. Gallobelg.* 493. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1598. *Crantz. just.* 63. *Weis. Cryptog.* 121. *Huds. Angl.* 433. *Mull. Frid.* 201. *Grimm. Isenac.* 132.

Jungermania foliis bipartitis, auriculatis, imbricatis, supremis punctiferis. *Hall. Stirp.* 3. p. 58.

Jungermania nemorosa foliis acutioribus auritis, tenuissime denticulatis, flore infidente pediculo brevior. *Mich. Gen.* T. 5. f. 8.

Lichenastrum auriculatum, pinnis minoribus crenatis. *Dill. Musc.* 490. T. 71. f. 18.

Incolit Europæ sylvatica.

14. **JUNGERMANIA** *respinata*: furculo pennato

nato erectiusculo, basi capitulifero, foliis imbricato-rotundatis, superne auriculatis.

Jungermania frondibus supra bipinnatis inferne floriferis, foliolis crenulatis rotundatis imbricatis. Fl. Gallobelg. 491. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1599. Crantz. just. 63. Hudf. Angl. 433.

Lichenastrum imbricatum pinnulis rotundis crispum. Dill. Musc. 491. T. 71. f. 19.

Lichenastrum trichomanis facie, capitalis e foliorum basi enascentibus medium. Ray Syn. 112.

Incolis scopulos terramque umbrosam Europae.

15. **JUNGERMANIA trilobata:** furculo pennato simpliciusculo reptante, foliis subquadratis, obtuse crenatis, infra appendiculatis.

Jungermania frondibus subtus bipinnatis foliolis quadratis obsolete trilobis. Fl. Gallobelg. 566. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1599. Crantz. just. 63. Weis. Cryptog. 118. Hudf. Angl. 64. Leyf. Hall. 204.

Jungermania foliis latiusculis, obtusis undulatis & veluti angulosis. Mich. Gen. 7. T. 5. f. 19.

Lichenastrum pinnulis obtuse trifidis nerve geniculato. Dill. Musc. 493. T. 71. f. 22.

Incolit Europæ nemorosa.

Obs. Surculi reptantes, ramosi, superne convexi læte virides. Folia imbricato-pennata rachin omnino obtegentia. Singula lineam longa, femilineamque lata, basi dilatata, apice tridentata, deorsum spectantia. Si lenti subjiciantur inferior pagina, plura perspiciuntur foliola tri-quadridentata, acuta, ita ut rachis geniculata apparet. Rachis hæc filis emittit, quibus serpit cæterisque corporibus adhærescit planta. Neque perichætia, neque capitula reperire nondum licuit.

16. **JUNGERMANIA** *reptans* : furculo pennato ramoso apice radicato, foliis subtus auriculatis subquadridentatis.

Jungermania frondibus subtus bipinnatis apice reptantibus, foliolis quadridentatis. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1599. Crantz. just. 64. Weis. Cryptog. 119. Wilk. Gryph. 119. Hudf. Angl. 434. Leyf. Hall. 204. Mull. Frid. 207. Grimm. Isenac. 137.

Jungermania minima ramosa, polyanthos, foliis imbricatis trifidis. Hall. Stirp. 3. p. 62.

Li-

MUSCI Gemmascentes. 139

Lichenastrum multifidum exiguum ad basin
florens, per siccitatem imbricatum, *Dill.*
Musc. 494. T: 71. f. 24.

Incolit declivos sylvaticos Europæ.

17. JUNGGERMANIA *undulata*: furculo pen-
nato procumbente, apice capitulifero, fol-
liis supra auriculatis remotiusculis, con-
vexo-concavis.

Junggermania frondibus supra bipinnatis api-
ce floriferis, foliolis subrotundis integer-
rimis. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1598. *Crantz.*
inst. 63. *Weis, Cryptog.* 120. *Huds.*
Angl. 433.

Hepatica saxatilis undulata. *Vaill. Paris.*
T. 19. f. 6.

Lichenastrum pinnulis auriculatis majori-
bus & non crenatis, *Dill. Musc.* 490. T:
71. f. 17.

Incolit Europæ abietina.

D * *superne imbricatas.*

18. JUNGGERMANIA *rubiginosa*: furculo plano
imbricato, foliis simplici duplicique or-
dine subrotundis, subtus auriculatis.

Junggermania frondibus planis imbricatis sim-
pli

pli duplicique serie : foliolis subrotundis convexo-concavis auriculatis. *Att. Palat.* Tom. II. 447. T. I. f. 3.

Incolis Alsatizæ & Palatinatus sylvatica montosa.

19. **JUNGERMANIA** *dilatata* : furculo rep- tante imbricato , foliis serie duplici orbiculatis : ramorum apice latiusculo.

Jungermania frondibus repentibus : foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis ramis apice latioribus. Fl. Gallobelg. 494. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1600. Scop. Carn. 123. Weis. Cryptog. 126. Wulff. Bor. 44. Gort. Belg. 320. Hudf. Angl. 435. Wilck. Gryph. 200. Loxf. Hall. 205. Mull. Frid. 207.

Jungermania foliis imbricatis alternis orbiculatis setis brevissimis. Hall. Stirp. 3.p.62.

Lichenastrum imbricatum minus squamis convexo-concavis. Dill. Musc. 497. T. 72. f. 27.

Hepaticoides furculis & foliolis tuyæ instar compressis minor. Vaill. Paris. 99. T. 19. f. 10.

Muscoides minimum foliis alternis superiori- bus circinatis inferioribus cucullatis flore pedi-

pediculo ferme carente. *Mich. Gen. 10.*
T. 6. f. 6.

Incolit arborum truncos Europæ.

20. **JUNGERMANIA** *tamariscifolia* : surculo
lineari reptante , foliis convexiusculis
duplici ordine suborbiculatis : inferioribus
quadruplo minoribus subbifidis.

Jungermania foliis imbricatis serie duplici
superioribus subrotundis convexis obtu-
sis quadruplo majoribus. *Fl. Gallobelg.*
495. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1600. *Crantz.*
inst. 64. *Weis. Cryptog.* 128. *Gort. Belg.* 320.
Wulff. Bor. 200. *Huds. Angl.* 435. *Leys.*
Hall. 205. *Mull. Frid.* 206. *Grimm. Ise-*
nac. 132.

Jungermania foliis imbricatis , superne al-
ternis convexis inferne quadrifariis. *Hall.*
Stirp. 3. p. 61.

Lichenastrum imbricatum , tamarisci nar-
bonensis facie. *Dill. Musc.* 499, T. 72. f. 31.

Hepaticoides , quæ muscus trichomanoides
terrestris minor floridus. *Vaill. Paris.* 100,
T. 23. f. 10.

Muscoides squamosum saxatile nigro-pur-
pureum furculis angustioribus, foliis circi-
natis minoribus. *Mich. Gen. 10.* T. 6. f. 5.

Incolit arboreas & scopulos Europæ. 21.

21. **JUNGERMANIA** *complanata*: furculo rep-
tante, foliis subrotundis ferie duplici
ordinatis, subtus appendiculatis; vagi-
nis ramorum plano-truncatis.

Jungermania furculis repentibus: foliolis in-
ferne auriculatis, duplicato-imbricatis
ramis æqualibus, *Aff. Palat. T. 11. 447.*
Fl. Gallobelg. 494. Syst. Nat. 706. Sp. Pl.
1599. Cramtz. just. 64. Weis. Cryptog. 124.
Gort. Belg. 320. Scop. Carn. 124. Hædfl.
Angl. 434. Wilck. Gryph. 198. Leyf. Hall.
204. Mull. Frid. 206. Grimm. Isenac. 132.

**Jungermania foliis rotundis alterne imbri-
catis caule plano, multifloro, setis bre-
vissimis.** *Hall. Stirp. 3. p. 58.*

**Jungermania foliis circinatis imbricatim di-
spolitis ex viridi flavescens.** *Mich. Gen.*
7. T. 5. f. 21.

**Lichenastrum imbricatum majus squamis
compressis & planis.** *Dill. Musc. 496. T.*
72. f. 26.

Incolit arborum cortices Europæ.

22. **JUNGERMANIA** *platiphylla*: furculo de-
cumbente imbricato appendicibus subtus
ordine duplici cordatis acutis.

**Jungermania furculis procumbentibus sub-
tus**

tus imbricatis, foliolis cordatis acutis.
Aff. Palat. Tom. 11. 447. Fl. Gallobélg. 495. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1600. Crantz. jnst. 64. Weis. Cryptog. 125. Hudsf. Angl. 435. Wilck. Gryph. 120. Mull. Frid. 207.

Jungermania foliis imbricatis lanceolatis superne planis alternis, inferne concavis quinquefariis. *Hall. Stirp. 3. p. 61.*

Lichenestrum arboris vitæ facie, foliis minus rotundis. *Dill. Musc. 501. T. 72. f. 32. 33.*

Hepaticoides foliis subrotundis squamatum incumbentibus major. *Vaill. Paris. 100. T. 19. f. 9.*

Muscoides squamosum majus atrovirens foliis subrotundis. *Mich. Gen. 9. T. 6. f. 3. 4.*

Incolit Europæ sylvatica.

23. **JUNGERMANIA ciliaris**: furculo repente foliis serie duplici ordinatis subtus appendiculatis, ciliatis: vagina axillari, cylindracea, villosa.

Jungermania furculis repentibus, foliolis duplicato-imbricatis: inferne auriculatis ciliatis. *Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1601. Crantz. jnst. 65. Weis. Cryptog. 129. Hudsf. Angl. 434. Leyf. Hall. 205. Grimm Isen. 132.*

Jun-

Jungermania caule pinnato, foliis crispis capillariter multifidis. Hall. Stirp. 3. p. 63.

Lichenastrum filicinum pulchrum villosum. Dill. Musc. 503. T. 73. f. 35.

Muscus palustris absinthii folio 140. T. 26. f. 11.

Incolit Europæ umbrosa nemorosa.

*E * undique imbricatae.*

24. **JUNGERMANIA** *trichophylla*: furculo tereti, ascendente apice globulifero, foliis subulato-capillaceis sparsis.

Jungermania furculis teretibus, foliolis æqualibus capillaceis. Act. Palat. Tom. 11. p. 447. Syst. Nat. 706. Sp. Pl. 1601. Crantz. inst. 65. Weis. Cryptog. 130. Hudsf. Angl. 436. Mull. Frid. 208.

Jungermania minima foliis capillariter multifidis. Hall. Stirp. 3. p. 63.

Lichenastrum trichodes minimum ad apicem florens. Dill Musc. 505. T. 73. f. 37.

Incolit Europæ frigidæ rupes.

25. **JUNGERMANIA** *rupestris*: furculo tereti, foliis subulatis secundis patulis.

Jungermania furculis teretibus, foliolis subulatis

bulatis secundis. *Aff. Palat.*, Tom. 11. 447. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1601. *Crantz. jnst.* 65. *Huds. Angl.* 436.

Lichenastrum alpinum nigricans, foliis capillaceis reflexis. *Dill. Musc.* 507. T. 73. f. 40.

Incolit Angliæ & Palatinatus saxa umbrosa.

26. *JUNGERMANIA julacea*: furculo tereti, fragili apice globulifero: foliis rachi arcte adpressis.

Jungermania furculis teretibus, foliolis undique imbricatis floribus pedunculatis. *Syst. Nat.* 706. *Sp. Pl.* 1601. *Crantz. jnst.* 65. *Huds. Angl.* 436.

Lichenastrum alpinum brii julacei argentei facie. *Dill. Musc.* 506. T. 73. f. 38.

Incolit Angliæ alpes.

Lycopodium.

1. *LYCOPodium complanatum*: furculo erecto, continuato, compresso: terminalibus capituliferis dichotomo-spiciformibus.

Lycopodium foliis bifariis connatis superficialibus solitariis, spicis geminis pedunculatis. *Syst. Nat.* 698. *Sp. Pl.* 1567. *Crantz. jnst.* 38. *Scop. Carn.* 164. *Oeder. Danic.*

K

fasc.

fasc. 2. T. 78. Wulff. Bor. 57. Leyf. Hall.
194.

Lycopodium spicis petiolatis, quaternis, caulibus complanatis foliis adspressis. Hall. Stirp. 3. p. 23.

Lycopodium digitatum foliis arboris vitæ, spicis bigemellis teretibus. Dill. Musc. 448. T. 59. f. 3.

Incolit ericeta sylvarum montosa Europæ.

2. **LYCOPODIUM** *annotinum*: surculo reptante adscendente repetito: terminali tereti, solitario, capitulifero sessili, foliis ferrulatis patulo-deflexis.

Lycopodium foliis sparsis quinquefariis, subferratis, surculis' annotino-articulatis, spicis terminalibus glabris erectis. Syst. Nat. 697. Sp. Pl. 1566. Crantz. inst. 38. Weis. Cryptog. 272. Scop. Carn. 164. Hudf. Angl. 394. Weig. Rug. 192. Oeder. Danic. fasc. 3. T. 127. Grimm. Isenac. 121.

Lycopodium ramis prolixis, spicis sessilibus, foliis linearibus subferratis. Hall. Stirp. 3. p. 21.

Lycopodium elatius juniperinum clavis singularibus sine pediculis. Dill. Musc. 455. T.

T. 63. f. 9. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 5.
f. 3. *Plukenet. Phytogr.* T. 205. f. 5.

Incolit Europæ sylvoſa.

3. LYCOPODIUM *helveticum*:furculo reptante
ramoſo : terminali erecto, dichotomo, capi-
tulifero.

Lycopodium foliis bifariis patulis: superficialibus distichis, spicis geminis pedunculatis. Syst. Nat. 698. *Sp. Pl.* 1568. *Crantz. jnst.* 39. *Scop. Carn.* 164. *Wulff. Bor.* 57.

Lycopodium denticulatum pulchrum repens, spicis pediculo insidentibus. Dill. Musc. 465. T. 64. f. 2. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 6. f. 34.

Incolit Germaniæ & Italiæ alpes.

4. LYCOPODIUM *alpinum*:furculo adulto rep-
tante, cæteris imbricato - fasciculatis :
terminalibus capituliferis, erectis, dichotomis.

Lycopodium foliis quadrifariam imbricatis acutis, furculis erectis dichotomis, spicis teretibus sessilibus. Syst. Nat. 698. *Sp. Pl.* 1567. *Crantz. jnst.* 38. *Weif. Cryptog.* 275. *Gort. Belg.* 299. *Huds. Angl.* 394. *Oeder. Danic. fasc.* 2. T. 79.

K 2

Ly-

Lycopodium spicis sessilibus, foliis lanceolatis adpressis utrinque ternatis. *Hall. Stirp.* 3, p. 21.

Lycopodium sabinae facie. *Dill. Musc.* 445. T. 58. f. 2.

Incolit Helvetiae & Norwegiae alpina.

5. LYCOPODIUM *selago*: furculo erecto dichotomo capitulifero: primordialibus decidibus sparsis.

Lycopodium foliis octofariis sparsis, furculo dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. *Syst. Nat.* 697. *Sp. Pl.* 1565. *Crantz. just.* 37. *Weis. Cryptog.* 273. *Gort. Belg.* 299. *Hudf. Angl.* 395. *Wulff. Bor.* 56. *Weig. Rug.* 192. *Scop. Carn.* 165. *Oeder. Dan. fasc.* 2. T. 104.

Lycopodium spica sessili, foliis linearibus lanceolatis confertis. *Hall. Stirp.* 3. p. 19.

Selago vulgaris, abietis rubrae facie. *Dill. Musc.* 435. T. 56. f. 1. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 5. f. 9.

Incolit Europae sylvarum montosa.

6. LYCOPODIUM *selaginoides*: furculo decumbente sparso: terminali erecto, alis capitulifero, foliis lanceolatis ciliatis recurviusculis.

Ly-

Lycopodium foliis sparsis ciliatis lanceolatis, spicis terminalibus foliolis solitariis. *Syst. Nat.* 697. *Sp. Pl.* 1565. *Crantz. juss.* 37. *Huds. Angl.* 395. *Oeder Danic. fasc.* 2. T. 70.

Lycopodium spicis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis confertis serratis. *Hall. Stirp.* 3. p. 20.

Selaginoides foliis spinosis. *Dill. Musc.* 460. T. 68. f. 1.

Incolit Cambriæ & Helvetiæ *saxosa* *uda.*

Obs. Quas capsulas feminiferas describit *Dillenius* (a) pro talibus habentur *Linnaeo* (b). Nos contra globulos in valviformi cavitate contentos clare videmus, e quibus pendere non videtur plantæ multiplicatio, quod species reliquæ iisdem destituuntur globulis. Hi globuli, adeo vera mentiuntur femina, ut facillime in errorem inducant. Decidi experimentis poterit, num *feminis analogon* vel corpuscula vana sint? ad ultimam opinionem propendimus.

7. LYCOPODIUM *inundatum*: furculo reptante sparsio: terminali erecto, solitario, spiciformi. K 3 Ly-

(a) *Hist. Musc.* 460.

(b) *Fl. Suec.* ed. 2. p. 376.

Lycopodium foliis sparsis integerrimis, spicis terminalibus foliosis. Fl. Gallobelg. 438. Syst. Nat. 697. Sp. Pl. 1565. Crantz. jnst. 37. Gort. Belg. 298. Hudsf. Angl. Oeder. Dan. fasc. 6. T. 336.

Lycopodium spicis sessilibus; foliis linearibus incurvis confertissimis. Hall. Stirp. 3. p. 22,

Lycopodium palustre repens clava singulari. Dill. Musc. 452. T. 62. f. 7. Vaill. Paris. T. 16, f. 11.

Incolit Europæ inundata.

8. *LYCOPODIUM officinale*: furculo vago repante, ramoso: terminali erecto, imbricato dichotomo, capitulifero.

Lycopodium foliis sparsis filamentosis spicis teretibus pedunculatis geminis. Fl. Gallobelg. 438. Syst. Nat. 697. Sp. Pl. 1564. Crantz. jnst. 37. Weis. Cryptog. 269. Scop. Carn. 168. Gort. Belg. 298. Wulff. Bor. 57. Wilck. Gryph. 130. Hudsf. Angl. 393. Kram. Elench. 292. Weig. Rug. 191. Oeder. Dan. fasc. 3. T. 126. Leyf. Hall. 193. Mull. Frid. 195.

Lycopodium ramis prolixis, spicis petiolatis, gemellis, foliis linearibus, pils aristatis. Hall. Stirp. 3. p. 22. Ly-

Lycopodium vulgare pilosum anfragosum
& *repens*. *Dill. Musc.* 441. T. 58. f. 1.

Incolit Europæ ericeta umbrosa.

Obs. Surculi capituliferi spiciformes pollicis
ultraque altitudinem æquantes. Folia lanceo-
lato-ovata pilifera, quorum interiori basi, capi-
tula reniformia, sessilia, pulverifera. Surcu-
lorum stipites, trium pollicum sæpius longitu-
dine: foliolis setaceo-subulatis.

Hypnum.

A * *Pennata.*

1. HYPNUM *taxifolium*: surculo simplicissimo
basi stipitifero, capitulis incurvis, apice
subulatis, foliis imbricatis acutis.

Hypnum surculis plano-pennatis, basi seti-
feris tuberculis setarum subnudis. *Ast. Pa-
lat.* Tom. 11. 452.

Hypnum fronde simplicissima pinnata, lan-
ceolata basi pedunculifera. *Fl. Gallobelg.*
465. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1587. *Crantz.*
Inst. 52. *Weis. Cryptog.* 216. *Gort. Belg.*
312. *Wulff. Bor.* 51. *Huds. Angl.* 418. *Weig.*
Rug. 197. *Leys. Hall.* 199. *Mull. Frid.*
203. *Oed. Dan. fasc. T.* 473. *Grimm. Ise-
nat.* 127.

Hypnum fronde pinnata simplici, pedunculis subradicalibus. *Scop. Carn.* 149.

Hypnum foliis planis pinnatis parium duodecim, setis radicalibus. *Hall. Stirp.* 3. p. 36.

Hypnum taxiforme minus, basi capsulifera. *Hist. Musc.* 263. T. 34. f. 2. *Vaill. Par. T.* 24. f. 11.

Incolit Europæ nemorosa.

2. HYPNUM *bryoides*: furculo simplicissimo decumbente, apice stipitifero, capitulis erectis, ovoideis, foliis imbricatis.

Hypnum furculo simplicissimo plano-pennato, tuberculis setarum nudis. *Aff. Palat.* Tom. 11, 452. *Fl. Gallobelg.* 464.

Hypnum fronde simplicissima pinnata, lanceolata, apice pedunculifera. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1588. *Crantz. inst.* 52. *Weis. Cryptog.* 217. *Huds. Angl.* 418. *Leys. Hall.* 199. *Mull. Frid.* 202. *Oeder. Dan. fasc.* 473. *Grimm. Isenac.* 125.

Hypnum fronde pinnata simplici, pedunculo terminali *Scop. Carn.* 148.

Hypnum foliis planis pinnatis, parium septem, setis ex summitate. *Hall. Stirp.* 3. p. 36.

Hyp-

Hypnum taxiforme exiguum, versus summitatem capsuliferum. *Hist. Musc.* 262. T. 34. f. 1. *Vaill. Paris.* T. 24. f. 13. *Morris. Hist.* 3. p. S. 15. T. 6. f. 11. *Buxb. Cent.* 11. T. 2. f. 8.

Isidem locis ac praecedens.

3. HYPNUM *adjanthoides*: furculo ramoso, erecto, medio stipitifero, capitulis obliquis subulatis, foliis imbricatis acutis.

Hypnum fronde pinnata ramosa, medio pedunculifera. *Fl. Gallobelg.* 465. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1588. *Crantz. inst.* 53. *Scop. Carn.* 150. *Wulff. Bor.* 51. *Huds. Angl.* 419. *Grimm. Isenac.* 125.

Hypnum foliis planis pinnatis, parium quadraginta. *Hall. Stirp.* 3. p. 36.

Hypnum taxiforme palustre ramosum majus erectum. *Hist. Musc.* 264. T. 34. f. 3. *Vaill. Paris.* T. 28. f. 5. *Buxbaum. Cent.* 11. T. 1. f. 4.

Incolit Paludosa aprica Europæ.

4. HYPNUM *crispum*: furculo ramoso vago, erectiusculo, stipitifero, capitulis obliquis acuminatis, foliis undatis, obtusis, distichis.

Hypnum furculo ramoso subpinnato, foliis undulatis planis. *Enum. Palat.* (c) 452.

Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis foliolis undulatis planis. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1589. *Crantz. inst.* 53. *Weis. Cryptogam.* 221. *Gort. Belg.* 312. *Huds. Angl.* 420. *Leys. Hall.* 200. *Grimm. Isenac.* 128.

Hypnum fronde subpinnata, ramosa, foliis undatis crispis, capsulis ovatis. *Scop. Carn.* 150.

Hypnum caule ramoso plano, foliis distichis ovatis, nitidis, transversim undatis, operculis aristatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 35. T. 45. f. 5.

Hypnum pennatum undulatum crispum, setis capsulisque brevibus. *Hist. Musc.* 273. T. 36. f. 12. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 5. f. 10.

Incolit Europæ scopulos & arborum truncos.

5. HYPNUM *denticulatum*: furculo simplicifurculo decumbente basi setifero, capitulis, obliquis; foliis ordine duplici acutis, recurvatis.

Hyp-

(a) Enumeratio stirpium Palatinarum in *Act. Palat.* Tom. II. inserta.

Hypnum furtulo plano, pinnis duplicatis
basi stipitifero. *Enum. Palat.* 452.

Hypnum fronde pinnata, pinnis duplicatis
basi pedunculifera. *Fl. Gallobelg.* 466. *Syst.*
Nat. 703. *Sp. Pl.* 1588. *Crantz. jnst.* 52.
Huds. Angl. 418. *Gort. Belg.* 312. *Leys.*
Hall. 199. *Mull. Frid.* 203.

Hypnum foliis laxis pinnatis, ovato-lanceola-
tis aristatis retroverfis. *Hall. Stirp.* 3. p. 35.

Hypnum denticulatum pinnatum, pinnulis
duplicibus recurvis. *Hist. Musc.* 266. T.
34. f. 5. *Vaill. Paris.* T. 29. f. 8. *Marif.*
Hist. 3. p. S. 15. T. 6. f. 36.

*Incolit terram umbrosam nec non arbores cae-
sas Europæ.*

Obs. Capitula adolescentia maturaque eri-
guntur: finito incremento incurvantur.

6. HYPNUM *complanatum*: furculo reptante
ramoso, ramis basi setiferis, capitulo
ovali, erecto, foliis complicatis obtusis.

Hypnum furculis plano-pinnatis, ramosis,
foliis complicatis obtusiusculis. *Enumerat.*
Palat. 452.

Hypnum fronde pinnata, ramosa, foliolis
imbricatis acutis complicatis compressis.
Fl.

Fl. Gallobelg. 464. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1588. *Crantz. jnst.* 53. *Weisf. Cryptog.* 218. *Wilck. Gryph.* 132. *Weig. Rug.* 197. *Leysf. Hall.* 200. *Grimm. Isenac.* 125.

Hypnum caule disticho, foliis ovatis planis, capsulis ovatis aristatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 35.

Hypnum pennatum compressum splendensque capsulis ovatis. *Hist. Musc.* 268. T. 34. f. 7. 8. *Vaill. Paris.* T. 23. f. 4. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 5. f. 5.

Incolit arborum stipites Europæ.

Obs. Ramorum folia circa medium ad apicem usque sensim decrescunt. Stipites setacei ad basin exteriorem sæpius nascuntur.

7. HYPNUM *undulatum* : furculo vago basi medioque setifero, capitulis oblongis, obliquis, foliis distichis, complicatis, lanceolatis undatis.

Hypnum furculis ramosis, frondibus subpinnatis : foliolis undulatis complicatis. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1589. *Crantz. jnst.* 53. *Weisf. Cryptog.* 220. *Hudsf. Angl.* 420. *Leysf. Hall.* 200.

Hypnum fronde subpinnata, foliis undatis
cri-

crispis, pedunculis subradicalibus longifimis capsulis oblongis. *Scop. Carn.* 151.

Hypnum caule plano, foliis distichis obiter rugosis, nitidis. *Hall. Stirp.* 3. p. 35.

Hypnum undatum, lycopodii instar sparsum. *Hist. Musc.* 271. T. 36. f. 11. *Morif. Hist.* 3. p. S. 15. T. 6. f. 33.

Incolit Helvetiæ & Angliæ *loca uda.*

B * *Pinnata.*

8. HYYPNUM *parietinum*: furculo pinnato, ramis arcuato-subulatis teretibus, capitulis aggregatis obliquis, operculo subulato.

Hypnum furculis plano-pinnatis, continuatis pedunculis aggregatis. *Fl. Gallobelg.* 469. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1590. *Crantz. inst.* 54. *Weis. Cryptog.* 232. *Kram. Elench.* 296. *Gort. Belg.* 314. *Wulff. Bor.* 50. *Wilck. Gryph.* 133. *Huds. Angl.* 422. *Scop. Carn.* 156. *Weig. Rug.* 198. *Leys. Hall.* 201. *Mull. Frid.* 204.

Hypnum caule subrecto, flexuoso, ramis teretibus pinnatis pinnulis pinnatis, operculis aristatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 33.

Hypnum filicinum, tamarisci foliis majoribus splendentibus. *Hist. Musc.* 274. T. 35. f. 13. *Vaill. Paris.* T. 28. f. 1. & T. 29. f. 1.

Incolit Europæ *nemorosa.*

9.

9. HYPNUM *tamariscifolium*: furculo repente, ramis planiusculis proliferis, capitulis confertis incurvis.

Hypnum furculis proliferis plano-pinnatis, stipitibus setaceis confertis. *Enumerat. Palat.* 451. *Fl. Gallobelg.* 470.

Hypnum furculis proliferis plano-pinnatis pedunculis aggregatis. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1590. *Crantz. jnst.* 54. *Weis. Cryptog.* 230. *Kram. Elench.* 295. *Gort. Belg.* 314. *Wulff. Bor.* 50. *Wilck. Gryph.* 133. *Huds. Angl.* 422. *Weig. Rug.* 198. *Leyf. Hall.* 200. *Mull. Frid.* 203. *Grimm. Isenac.* 128.

Hypnum furculis rugosis nudis, frondibus bipinnatis, ramulis decurrentibus. *Scop. Carn.* 155.

Hypnum ramis teretibus pinnatis, pinnulis pinnatis foliis adpressis. *Hall. Stirp.* 3. p. 33.

Hypnum filicinum tamarisci foliis minoribus non splendentibus. *Hist. Must.* 276. T. 35. f. 14. *Vaill. Paris.* T. 25. f. 1.

β. Hypnum (delicatulum) furculis subproliferis plano-pinnatis, cuspidatis, pedunculis aggregatis. *Syst. Nat.* 703. *Sp. Pl.* 1590. *Crantz. jnst.* 54.

Hypnum filicinum, tamarisci foliis, minimis non splendentibus, setis capsulis brevibus.

vibus. *Hist. Musc.* 546. T. 83. f. 6. *Vaill. Paris.* T. 25. f. a. bene.

Incolit Europæ sylvosa.

Obs. Dum adolescit capitulis caret: furculis simplicibus, colore plantæ læte virente: adultior evadens, capitula educit, furculis proliferis obscure flavicantibus. In hoc hypno quam in *parietino* majora sunt capitula: porro utriusque speciei furculi adeo sæpe inter intricantur, ut humi serpere nequeant.

10. HYPNUM *compressum*: furculo erecto, ramoso, ramis basi setiferis, planis recurviusculis, stipite triplo brevioribus.

Hypnum furculis plano-pinnatis, ramis simplicissimis pinnatisque, stipitibus longis. *Enumerat. Palat.* 453. *Fl. Gallobelg.* 477.

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceolatis setis prælongis, capsula crassa, operculo conico. *Hall. Stirp.* 3. p. 28.

Hypnum cupressiforme tenuius & compressius. *Hist. Musc.* 312. T. 40. f. 47. optime. *Vaill. Paris.* T. 29. f. 10.

Incolit Europæ sylvosa subuda.

Obs. Rachis furculi ramorumque plana rubicunda. Quum prolifera redditur planta; præceden-

cedentem primo intuitu mentitur. Ab ipsa discrepat: foliis nitidis rachi plana eleganter colorata, stipitibus setaceis longioribus, capitulisque brevioribus. Hanc pro varietate hypni *tuspidati* habet *Cl. Weisus* (d), nos contra pro distinctissima specie. Figura 10. litt. aa plantam ramosiore: litt. bb simpliciorem repræsentat (e), ut in Gallia, Alsatia, ac Palatinatu constanter observavimus.

11. HYPNUM *purum*: surculo adscendente ramo setifero: ramis incurvo-subulatis teretibus, foliis conniventibus, obtusis, mucronatis.

Hypnum surculis pinnato-sparfis, subulatis, foliis ovatis obtusis conniventibus. *Enumerat. Palat.* 452. *Fl. Gallobelg.* 476. *Syst. Nat.* 704. *Sp. Pl.* 1594. *Crantz. inst.* 57. *Weis. Cryptogam.* 249. *Gort. Belg.* 317. *Scop. Carn.* 156. *Wilck. Gryph.* 133. *Weig. Rug.* 198. *Wulff. Boruss.* 49. *Huds. Angl.* 427. *Leyf. Hall.* 202. *Mull. Frid.* 205. *Grimm. Isenac.* 129.

Hypnum ramis teretibus, foliis ovato-lanceo-

(d) *Plant. cryptogam. Florae Gotting.* 253. v. β.

(e) Vide tabulam nostram.

MUSCI Gemmascentes. 161.

ceolatis, fetis praelongis, capsulis inclinatis aristatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 29.

Hypnum cupressiforme vulgare foliis obtusis.
Hist. Musc. 309. T. 40. f. 45. *Vaill. Paris.*
T. 28. f. 3.

Incolit Paludosa umbrosa Europæ.

Obs. Præcedenti affine, ab eo tamen discrepat: colore pallidiore, furculis & ramis teretibus, foliis arte conniventibus; mucrone brevissimo terminali, rachi neque plana neque colorata.

12. HYPNUM *dubium*: furculo adscendente simpliciusculo, ramis approximatis, foliis erecto-patulis, primordialibus acutis.

Hypnum furculis subdecumbentibus, ramis approximatis, foliis acuminatis patulis, capsulis subnutantibus. *Enum. Palat.* 453.
Fl. Gallobelg. 484.

Hypnum repens filicinum trichodes palustre.
Hist. Musc. 286. T. 35. f. 21. optime.

Incolit Pasena aprica Europæ.

13. HYPNUM *trichodes*: furculo erecto, ramis approximatis feta terminatis, foliis lanceolatis, striatis, capitulis erectis.

L

Hyp-

Hypnum ramis erectiusculis, approximatis apice setiferis. Fl. Gallobelg. 483.

Hypnum ramis compressis, foliis pilo aristatis, nitentibus, capsulis erectis, operculis conicis. Hall. Stirp. 3. p. 38.

Hypnum palustre trichodes ramulis crebris luteo & ruffo-virentibus glabris. Hist. Musc. 303. T. 39. f. 37. 36.

Incolit Europæ sylwosa uda.

Obs. Setæ ramorum terminales triplo ramo longiores. Capitula ovata : operculo obtusiusculo.

14. *HYPNUM saladinianum* : furculo adulto repente, ramis erectis, setis axillaribus capitulo brevioribus, capitulis erectis.

Hypnum furculis repentibus, ramis erectiusculis, pedunculis axillaribus anthera brevioribus. Fl. Gallobelg. 483.

Hypnum myosuroides setis brevissimis. Hist. Musc. 551. T. 85. f. 18.

Incolit Flandriæ arborum stipites.

Obs. Folia in recenti planta hiant : in sicca rachi apprimuntur. Adulti furculi serpunt novisque proditis radicis vices gerunt.

15. HYPNUM *abietinum* : primordialibus obtusis, ramis teretibus subulatis, foliis ovatis, acutis, rachi siccata appressis.

Hypnum furculis pinnatis teretiusculis inæqualibus remotis. *Enumerat. Palat.* 452. *Fl. Gallobelg.* 468. *Syst. Nat.* 704. *Sp. Pl.* 1591. *Crantz. jnst.* 55. *Weis. Cryptog.* 236. *Gort. Belg.* 315. *Wulff. Bor.* 50. *Huds. Angl.* 424. *Mull. Frid.* 204.

Hypnum furculis ramisque pinnatis, ramulis distantibus subulatis, rectis. *Scop. Carn.* 154.

Hypnum ramis duris teretibus, foliis adspressis, ovato lanceolatis, pilo aristatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 33.

Hypnum lutescens, alis subulatis, tenacibus. *Hist. Musc.* 380. T. 35. f. 17. An? *Vaill. Paris.* T. 29. f. 12.

Incolit Europæ Declivos aridos.

Obs. Hujus capitula frustra quærentur. Per primordia prolem continuant, ut reliquæ hujus ordinis plantæ.

16. HYPNUM *cuspidatum*:furculo erectiusculo, ramis summis pungenti-cuspidatis, setis axillaribus longissimis.

Hypnum furculis vagis apice foliis convolutis

lutis acuminatis. *Syst. Nat.* 704. *Sp. Pl.* 1595. *Crantz. inst.* 57. *Weis. Cryptogam.* 251. *Fl. Gryph.* 119. *Weig. Rug.* 199. *Leys. Hall.* 202. *Mull. Frid.* 205.

Hypnum foliis ovato lanceolatis, ramis teretibus, supremis conicis, acuminatis. *Hall. Stirp.* 3. p. 28.

Hypnum palustre extremitatibus cuspidatis & pungentibus, *Hist. Musc.* 300. T. 39. f. 34. *Incolit Europæ spongiosa loca.*

Obs. Quum adolescit, capitulis caret; colore dilute virente: adulta ruffo-lutescens, capitulifera. Surculi nequaquam proliferi. Senescente planta, rachis inferne atrorubicunda, quibus notis ab hypno compresso maxime differt.

C * *uncinata foliis secundis.*

17. HYPNUM *filicinum*: furculo juniore erecto. simpliciter pinnato: adulto subrepente capitulifero, capitulis oblongis obliquis.

